

Bibliotheca
10.4.3

Durandi de Sancto Porciano
Scriptum super IV libros Sententiarum

Buch IV, dd. 26-42

Herausgegeben von

Pavel Blažek



PEETERS
LEUVEN - PARIS - BRISTOL, CT
2021

<DISTINCTIO VIGESIMA SEXTA
QUESTIO PRIMA
VTRVM MATRIMONIVM SIT LICITVM>

[1] *Cum alia sacramenta* etc. Circa distinctionem istam primo queritur
5 utrum matrimonium sit licitum. Et uidetur quod non, quia nichil separ-
rat a Deo nisi peccatum; set | actus matrimonii separat a Deo; ergo est *P132rb*
peccatum, et si sic, ergo et matrimonium. Minor probatur, quia *E x o d .*
19 precipitur hiis qui debebant Deum uidere ut non accedant ad uxores.

[2] Item nichil indiget excusari nisi quod est malum; set actus mat-
10 rimonialis indiget excusari per bona matrimonii; ergo est malus; | et sic *M275ra*
idem quod prius.

[3] In contrarium arguitur quia nullum malum potest esse a Deo
institutum; set matrimonium est institutum a Deo dicente *CHRISTO*
M a t t h . 19: Quos Deus | coniunxit homo non separet; ergo non est *E48rb*
15 malum. Ad idem est quod dicitur *C o r . 7: Virgo non peccat, si | nubat.* *O185r*

[4] Responso. Dicenda sunt tria: primum est quod matrimo-
nium est bonum et licitum; secundum est quod est necessarium et
sub precepto positum; tertium est quod adhuc durat illud preceptum.

Primum patet, quia actus quo humana natura producit et in specie
 conseruatur, impossibile est quod sit de se malus quin in eo possit in- 20
 ueniri medium uirtutis adhibitis debitis circumstantiis; set actus gene-
 rationis carnalis necessarius est ad humane nature conseruationem per
 productionem indiuiduorum sub specie; ergo impossibile est quod sit
 de se malus quin in eo possit inueniri medium uirtutis adhibitis debi- 25
 tis circumstantiis; adhibentur autem per matrimonium; ergo matri-
Z188ra monium est bonum et licitum. Maior patet, quia actus nature | a Deo
 institute, qui secundum ordinationem diuinam inditus est ei ad con-
 seruationem speciei, non potest esse de se malus, nisi ipsa natura esset
O185v mala et a malo deo instituta, ut senserunt heretici | Manichei. Minor
 de se patet. Quod autem in tali actu adhibeantur debite circumstantie 30
 per matrimonium, patet sic: quia actus qui fit propter debitum finem
 cum hiis que fini congruunt, est debite circumstantionatus; set talis
 est actus matrimonii; ergo etc. Maior patet, quia prima bonitas in actu
 est circumstantia finis secundum quam debet de aliis iudicari. Minor
 declaratur, quia finis actus generationis, ut pertinet ad matrimonium, 35
 est generatio proles et educatio ad cultum Dei; et hoc est de se bonum.
M275rb Ad hunc autem finem debite consequendum | requiritur determinatio
 patris et matris; non enim debite et sollicite proles educaretur, si pa-
 rentes essent incerti. Hec autem educatio non attenditur solum quoad

40 corpus ut in ceteris animalibus, set quoad animam. Vnde secundum
 PHILOSOPHVIVM a parentibus habemus tria: esse, nutrimentum | et dis- *Na111va*
 ciplinam. | Ad hoc autem requiritur multum tempus, propter quod *A151vb*
 parentes non solum debent esse determinati, | set mutuo obligati, non *O186r*
 solum ad modicum tempus, set ad totum, precipue cum parentes de-
 45 beant thesaurizare filiis, qui nichil habent, nec est cuilibet facile de
 nouo acquirere ad sufficientiam. Cum ergo omnes iste condiciones
 sint in matrimonio, quod est *legitima coniunctio maris et femine in-*
diuiduam uite consuetudinem retinens, | patet quod actus carnalis, ut *VI36rb*
 pertinet | ad matrimonium, est uestitus debitis circumstantiis. Et sic *L47ra*
 50 patet primum.

[5] Secundum patet sic: melius est bonum speciei quam bonum
 indiuidui; set actus qui est necessarius ad conseruationem indiuidui,
 puta comedere, cadit sub precepto | iuris naturalis, quod expressit *K52ra*
 DOMINVS G e n. 2 quando dixit: *De omni ligno paradisi comede*, etc.;
 55 ergo actus generationis, qui est necessarius ad conseruationem speciei,
 cadit sub precepto, quod etiam DOMINVS expressit G e n. 1 quando
 dixit: *Crescite et multiplicamini*.

[6] Tertium patet sic: Preceptum durat quousque sit reuocatum; set
 preceptum de | matrimonio non legitur reuocatum, ergo adhuc durat. *O186v*
 60 Nec tamen tenetur quilibet contrahere matrimonium, quia aliquod est

preceptum de eo quod pertinet ad perfectionem cuiuslibet indiuidui,
M275va et tale obligat quemlibet, ut comedere; aliud est | preceptum de eo
 quod est necessarium multitudini, ut agricultura et ars edificatoria et
 huiusmodi officia que sunt necessaria communitati, quorum officio-
 rum unum impediret aliud si ab eodem deberent fieri. Et ideo sufficit 65
 quod talia precepta per aliquos de communitate impleantur et non
 per quemlibet, set diuersa per diuersos. De numero autem talium est
 preceptum de matrimonio, quod sufficienter impletur per multos de
P132va communitate; alii uero | non tenentur, set possunt uouere contrarium.

[7] Set ponatur quod nullus secularium uelit contrahere aut quod 70
 omnes essent mortui exceptis religiosis, qui continentiam uouerunt.
 Numquid tunc tenerentur? Posset dici quod sic cum uotum quod est
O187r uoluntatis | non possit preiudicare precepto | quod est necessitatis. Vel
E48va potest dici quod cum inclinatio naturalis sit magis ad matrimonium
 quam ad continendum, quam inclinationem Deus nature indidit ad 75
 complendum numerum electorum, si hec inclinatio in hominibus
 uiuentibus deficeret uel omnes homines preter religiosos morerentur,
 posset credi probabiliter quod completus esset numerus electorum et
 quod ultra nullus obligaretur ad matrimonium.

[8] Ad argumenta in oppositum. Ad primum dicendum quod Deo 80
 coniungimur dupliciter: uno modo secundum habitum gratie et carita-

tis, et quod separat hanc coniunctionem est peccatum, etiam mortale, alio modo secundum actum contemplationis et dilectionis, et hec coniunctio potest separari per aliquid quod non est peccatum, scilicet per
 85 solam occupationem animi circa res exteriores quantumcumque licitas. Prima coniunctio non separatur per actum matrimonii, set secunda tantum, quia in eo deprimitur mens et quasi absorbetur. Et ideo populo qui debebat | Deum uidere, preceptum fuit non accedere ad uxores. *M275vb*

[9] Ad secundum dicendum est quod illud quod excusatur a tanto
 90 | et non a toto, est malum in aliquo; quod autem excusatur a toto, *O187v* nullo modo est malum, set habet aliquam mali similitudinem propter quam indiget excusatione. Et quia actus matrimonialis in nullo est malus, habet tamen similitudinem cum actu fornicationis, cum sint idem in specie nature, ideo dicitur excusari per bona matrimonii que sunt
 95 quedam debite circumstantie.

<QVESTIO SECUNDA

VTRVM MATRIMONIVM SIT SACRAMENTVM>

[A1-B1] Secundo queritur utrum matrimonium sit sacramentum. Et uidetur quod non, quia sacramentum quod non est necessitatis,
 5 habet per ministros ecclesie dispensari; unde solus baptismus, qui est sacramentum necessitatis, | potest per quemlibet laycum dispensari. *Na111vb*

Set matrimonium non est necessitatis quantum ad quamlibet personam, et tamen non dispensatur per ministros ecclesie; benedictio enim nubentium non est de necessitate matrimonii; ergo matrimonium non est sacramentum. 10

V136va [A2-B2] Item omne sacramentum habet formam | distinctam a materia; set hoc non est in matrimonio (non enim uerba uiri exprimentia suum consensum sunt magis forma uel materia quam uerba mulieris, nec econuerso); ergo matrimonium | non est sacramentum. 15

O188r [A3-B3] In contrarium arguitur: omne remedium contra peccatum est sacramentum; set matrimonium est remedium | institutum contra peccatum dicente APOSTOLO, *C o r. 7: Propter fornicationem unusquisque suam habeat*; ergo matrimonium est sacramentum. 15

L47rb [A4-B4] Item si matrimonium non esset sacramentum, causa matrimonii esset pure corporalis et pertineret ad iudicem secularem et non ad ecclesiasticum; | istud autem non tenetur; ergo etc. 20

M276ra [A5-B5] Responsio. Tenendum est absolute quod matrimonium est sacramentum, cum hoc determinet ecclesia *E x t r a*, ‘De hereticis’, ‘Ad abolendam’, ubi matrimonium enumeratur inter alia sacramenta. 25

Sciendum tamen quod sacramentum potest accipi dupliciter: uno modo | pro signo representante rem sacram, sicut in prin-

30 cipro huius quarti dicitur quod
sacramentum est rei sacre signum.
 Et hoc modo matrimonium est
 sacramentum; signat enim seu
 representat coniunctionem |
 Christi et ecclesie. Vnde APO-
 35 STOLVS loquens de matrimonio
 Eph. 5 dicit sic: *Sacramentum*
hoc magnum est dico autem in
Christo et ecclesia. Alio modo
 dicitur sacramentum stricte et
 40 proprie aliquid extrinsecum ap-
 positum ex diuina institutione in
 cuius susceptione confertur sanc-
 titas uel mancipatio ad aliquid
 sacrum. Et hoc modo sacramen-
 45 ta noue legis habent rationem
 sacramenti, ut patet deducendo
 in baptismo, confirmatione et
 ceteris. Sic autem loquendo de
 sacramentis stricte et proprie,
 50 matrimonium non uidetur esse
 sacramentum propter quatuor:

[A6] Primum est quia que |
 exterius aguntur in sacramentis

tum quia sibi competit ratio
 sacramenti, que est quod *sac-*
ramentum est sacre rei signum,
 matrimonium autem signat
 seu representat coniunctionem *Z188rb*
 Christi et ecclesie; tum quia
 APOSTOLVS loquens de matrimo-
 nio Eph. 5 dicit: *Sacramentum*
hoc magnum est. Verumptamen
 non est sacramentum ita stricte
 et proprie seu excellenter si-
 cut alia sacramenta noue legis,
 puta | baptismus, | confirmatio, *P132vb*
 ordo et huiusmodi, quod patet *O188v*
 tripliciter:

[B6] Primo, quia illa que *A152ra*
 exterius aguntur in sacramentis

proprie sumptis, non possunt esse pure de dictamine rationis naturalis. Quia cum sacramenta sint quedam protestatio fidei, sicut fides est de hiis que rationem naturalem excedunt, sic eorum que exterius aguntur in sacramentis, non potest ratio naturalis reddi; set omnium que exterius aguntur in matrimonio, potest reddi ratio naturalis, utpote quod consentiant et quod consensum suum exprimant; ergo matrimonium non uidetur esse stricte et proprie sacramentum.

E48vb
M276rb

proprie sumptis, excedunt dictamen rationis naturalis, quia 55 cum sacramenta sint quedam facta protestantia fidem, sicut fides est de hiis que rationem naturalem excedunt, sic ea que exterius aguntur in sacramen- 60 tis excedunt dictamen rationis naturalis; nunc est ita quod ea que exterius geruntur in ceteris sacramentis, scilicet baptismo, confirmatione, ordine et 65 huiusmodi, magis excedunt dictamen rationis naturalis quam illa que exterius geruntur in matrimonio (de illis enim nulla potest reddi ratio naturalis; de 70 illis uero que aguntur in matrimonio, potest reddi naturalis ratio, puta quod consentiant et consensum suum exprimant); ergo matrimonium non uidetur 75 esse ita stricte et excellenter | sacramentum sicut cetera.

[A7] Secundo, quia circa sacramenta proprie dicta ordinatio ecclesie potest habere uim precepti, set numquam est de necessitate sacramenti, ut patet ex precedentibus; set ordinatio ecclesie circa matrimonium est de necessitate matrimonii; facit enim ecclesia personas illegitimas ad contrahendum et de illegitimis facit legitimis prout placet; ergo matrimonium non uidetur esse proprie sacramentum.

[A8] Tertio, quia absque baptismo nullus est susceptiuus sacramenti proprie dicti, cum baptismus sit ianua sacramentorum; set ante baptismum contrahunt infideles uerum matrimonium inter se, sicut fideles post baptismum; ergo etc. Nec obstat quod matrimonium non dicitur ratum, quia si ambo baptizentur, iam eorum matrimonium est ratum, set non est magis sacramentum quam prius, ut probabitur; ergo etc. Probatio assumpte,

[B7] Secundo, circa sacramenta proprie et excellenter dicta ordinatio ecclesie potest habere uim precepti, set numquam est de necessitate sacramenti, ut patet ex precedentibus. Set ordinatio ecclesie circa matrimonium est de necessitate matrimonii. Facit enim ecclesia personas illegitimas ad contrahendum et de illegitimis facit legitimis ut placet. Ergo uidetur quod matrimonium non sit ita proprie et excellenter sacramentum sicut alia. *O189r*

quia in omni sacramento opus est facto (consistit enim in opere operato); set in matrimonio istorum nichil est de nouo factum, solum enim sunt baptizati; baptismus autem est distinctum sacramentum a matrimonio. Ergo sicut matrimonium ante baptismum non fuit sacramentum, ita nec post, cum tamen sit uerum et ratum.

110

115

[A9] Quarto, quia sacramenta non deiciunt hominem a perfectiori statu; set matrimonium deicit hominem a statu continentie, qui est melior et perfectior matrimonio, dicente APOSTOLO ad Cor. 7: *Qui nubit, bene facit, et qui non nubit, melius facit*; ergo uidetur quod matrimonium non sit stricte et proprie sacramentum, set solum

[P133ra] large prout sacramentum dicitur
[A152rb] sacre rei signum.

[B8] Tertio, quia sacramenta non deiciunt hominem a perfectiori statu; set matrimonium deicit hominem a statu continentie qui est melior et perfectior matrimonio, dicente APOSTOLO ad Cor. 7: *Qui nubit bene facit, et qui non nubit, melius facit*; ergo uidetur quod matrimonium non sit ita stricte, proprie et excellenter sacramentum sicut alia que a statu perfectiori non deiciunt.

120

125

130

[A10] Per hoc patet responsio ad argumenta utriusque partis. Duo enim prima probant quod matrimonium non est sacramentum stricte et proprie dictum, set non probant quin sit *sacre rei signum*, et sic largo modo sacramentum.

[A10-B11] Ad primum argumentum alterius partis dicendum quod non omne remedium contra peccatum est sacramentum, quia si alicui indigenti detur pecunia, est sibi remedium contra peccatum | furti ne egestate compulsus furetur, et tamen datio pecunie non est sacramentum. Sic, cum per actum matrimonii satisfiat concupiscentie, matrimonium est remedium ne concupiscentia incitet ad alias corruptelas, puta fornicationem et adulterium. Et sic est in omnibus que ex natura actus impediunt peccatum ne fiat; talia autem non sunt | sacramenta, set solum illa remedia que ex natura | actus non habent hoc facere, set ex diuina institutione per uirtutem supernaturalem eis collatam uel assistentem adhibitis extrinsecus quibusdam sensibilibus quorum non posset reddi ratio naturalis, quod non est in matrimonio. |

[A11-B12] Ad secundum dicendum est quod matrimonium est sacramentum saltem large. Esto autem quod nullo modo esset sacramentum, adhuc cognitio eius pertineret ad iudicem ecclesiasticum, quia cognitio de hoc quod est pure | peccatum et pertinet ad solam

[B9] Per hoc patet responsio ad argumenta utriusque partis. Duo enim prima argumenta probant quod matrimonium non est ita proprie et excellenter sacramentum sicut alia, set non probant quin sit largo modo sacramentum et *sacre rei signum*.

O189v

V136vb

M276va

Na112ra

P133rb

conscientiam nec ledit rem publicam temporaliter in rebus uel personis, pertinet ad iudicem ecclesiasticum; talis autem est error circa *O190r* matrimonium; ideo quoad hoc causa matrimonii est pure | spiritualis et pertinet ad iudicem ecclesiasticum.

<DISTINCTIO VIGESIMA SEPTIMA
QUESTIO PRIMA
VTRVM CONSENSVS EXPRESSVS PER VERBA DE PRESENTI CAuset
MATRIMONIVM>

- 5 [1] *Post hec aduertendum est* etc. Circa distinctionem istam primo queritur utrum consensus expressus per uerba de presenti causet | matrimonium. Et uidetur quod non, quia si propositum | est causa propositi, *L47va*
et oppositum est causa oppositi; set dissensus qui opponitur consensui, *K52va*
non soluit matrimonium; ergo consensus non causat.
- 10 [2] Item sicut per matrimonium obligatur homo homini, ita per uotum obligatur homo Deo; set ad obligationem uoti sufficit promissio interior sine expressione uerborum; ergo ad obligationem matrimonii sufficit consensus interior sine expressione uerborum.
- [3] Item in professione *religiosi contrahitur* quoddam *matrimonium*
15 *spirituale; set professio fit per uerba de futuro*, dicendo quod ero obediens etc.; ergo *matrimonium* carnale debet contrahi *per uerba de futuro*.
- [4] In contrarium est quod dicit MAGISTER in litera.
- [5] Responsio. Dicendum quod ad matrimonium requiritur consensus | expressus per uerba de presenti uel aliquid quod teneat *M276vb*

uicem uerborum. Quod requiratur consensus, patet, quia res que est 20
O190v libere unius, | non transit in ius alterius nisi de consensu domini aut
superioris; set quilibet, tam uir quam mulier, habet liberum dominium
super corpus suum quantum ad actum carnalem qui ordinatur ad
conseruationem speciei, hic enim actus non cadit sub seruitute,
set solum opera manualia et exteriora; ergo cum per matrimonium 25
transeat ius et potestas corporis unius coniugis in alterum, oportet
E49ra quod hoc sit per liberum consensum cuiuslibet eorum; | non enim
A152va inuenitur | auctoritas Dei, qui in hoc est superior dominus, expressa
in contrarium. Quod autem requiratur consensus expressus per uerba,
patet sic, quia matrimonium uel est sacramentum uel contractus 30
solum; si sit sacramentum, requirit aliquod sensibile signum, cum hoc
Z188va sit de ratione sacramenti, ut dictum fuit in principio libri, tale | autem
non est nisi expressio uerborum; si uero sit contractus, idem sequitur,
quia contractus ciuilis quo obligantur mutuo contrahentes, oportet
quod cuilibet contrahentium innotescat, alioquin non obligaret. 35
Set consensus interior sine expressione uerborum uel aliquorum
uicem uerborum gerentium non potest innotescere; ergo non causat
O191r contractum | obligatorium, ut est matrimonium, set requiritur
expressio uerborum, uel per nutus et signa que inter mutos tenent
uicem uerborum, uel per literas inter absentes, uel aliquid huiusmodi. 40
Quod autem illa uerba debeant esse de presenti et non de futuro, patet,
quia qui promittit se aliquid facturum, nondum facit illud; set per

uerba de futuro non est nisi promissio de contrahendo matrimonium;
ergo per talia uerba nondum contrahitur.

- 45 [6] Ad primum argumentum | dicendum quod illa propositio, *si M277ra*
oppositum etc., ueritatem habet quando aliquid est causa sufficiens,
non solum efficiens, set conseruans; consensus autem qualitercumque
expressus non est causa sufficiens matrimonii nisi supposita institutione
50 sicut cum consensu ad conferendum; ideo non ualet. Item licet sit
causa aliquo modo efficiens, non tamen | conseruans. *VI37ra*

- [7] Ad secundum dicendum quod non est simile de obligatione
uoti quod fit Deo, qui intuetur cor, et ideo sufficit actus interior, et de
obligatione matrimonii, que fit homini, qui non potest uidere nisi ea
55 que exterius patent; | et ideo preter consensum interiorem requiritur *O191v*
expressio eius per uerba exteriora uel signa uicem uerborum gerentia.

[8] Ad tertium dicendum quod obligatio professionis fit | per uerba *Na112rb*
de presenti, ut cum dicitur „facio professionem“, set obligatio ad actus
futuros fit per uerba de futuro, ut „promitto quod ero tibi obediens“, etc.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM MATRIMONIVM SOLVATUR PER RELIGIONIS INGRESSVM>

- [1] Secundo queritur utrum matrimonium solvatur per religionis ingressum. Et uidetur quod sic: minus uinculum soluitur per maius, sicut uotum transmarinum per ingressum religionis et uinculum minoris religionis per ingressum maioris; set uinculum | matrimonii, cum sit humanum, minus est quam uinculum religionis, quod est diuinum; ergo etc. 5
- P133va*
- [2] Item qui spiritu Dei aguntur, hii non sunt sub lege, ut dicitur Ga l. 5; set qui ingreditur religionem, uidetur duci spiritu Dei et lege priuata; ergo non subiacet legi matrimonii. 10
- M277rb* [3] In contrarium est quia APOSTOLVS Co r. 7 prohibet uacare | orationi etiam ad tempus | nisi de consensu comparis. Et ibidem | dicit *O192r* quod mulier obligata est uiro quamdiu uiuit uir eius; ergo uinculum matrimonii non soluitur nisi per mortem. 15
- L47vb*
- K52vb* [4] Responsio. Matrimonium potest solui | dupliciter: uno modo quoad uinculum, alio modo quoad thorum. Primo ergo agendum est de solutione matrimonii quoad uinculum, deinde quoad thorum.
- [5] Quantum ad primum sciendum est quod matrimonium uel est consummatum per carnalem copulam uel non. Si non, sic soluitur 20

per ingressum religionis sicut expresse declaratum est *Extra*, ‘De conuersione coniugatorum’, cap. ‘Ex publico’. Que autem sit causa huius, non est omnino clarum.

[6] QUIDAM enim dicunt hanc esse causam, quia maritus ante
 25 carnalem copulam non habet plenam possessionem corporis uxoris
 sue nec econuerso. Quando autem aliquis profitetur in religione, ponit
 prelatum uice Dei in perfecta possessione sui; et quia in promissionibus
 fortior est condicio possidentis, ideo talis debet et potest in religione
 manere et non redire ad matrimonium. | Set hec ratio non uidetur *O192v*
 30 ualere, quia secundum eam qui contraheret cum aliqua primo per
 uerba de presenti et ante carnalem copulam | acciperet aliam et illam *E49rb*
 cognosceret, solueretur matrimonium cum prima, que non habuit
 plenam possessionem corporis uiri, et deberet manere cum secunda,
 que plenam possessionem habuit corporis eius, quod est falsum. Et
 35 iterum talis ingressus esset illicitus, quamuis ex post facto teneret; hoc
 autem non est uerum; quare etc.

[7] ALII dicunt | quod hoc est, quia religio maius bonum est *M277va*
 quam matrimonium et ideo non debet impediri per minus bonum.
 Set istud minus ualet, quia matrimonium consummatum solueretur

per religionis ingressum sicut non consummatum; perfectior enim est 40
status religionis quam status matrimonii consummati; illud autem non
est uerum; ergo etc.

[8] ALII autem dicunt quod hoc est propter statutum ecclesie. Set 45
hoc non ualet, quia statutum ecclesie numquam soluit matrimonium,
nisi quia prius statuit personas illegitimas ad contrahendum, uel quia 45
O193r alias fuit illegitimus | contractus; matrimonium autem contractum le-
gitime non soluitur per statutum ecclesie. Item statutum nouimus, set
causam querimus.

[9] Ideo dicendum est aliter quod sicut dicit APOSTOLVS R O m. 7 et
V137rb C o r. 7: *Mulier alligata est legi quanto tempore uir eius uiuit,* | mortuo 50
autem uiro *soluta est a lege uiri*. Sicut autem duplex est matrimonium,
carnale scilicet, quod est consummatum per carnalem copulam, et spi-
rituale, quod non est hoc modo consummatum, sic est duplex mors:
una corporalis per separationem anime a carne, alia ciuilis et quasi 55
spiritualis, qua quis moritur mundo et uiuit Deo per ingressum religio-
nis. Talis enim perfecte moritur mundo ciuiliter quoad omnia que in
Z188vb mundo sunt, | scilicet quoad animam, corpus et res exteriores: quoad
A152vb animam per uotum obedientie, | per quod aliquis renuntiat proprie
uoluntati, que est domina in regno anime, quoad corpus per uotum
O193v castitatis, quoad | res exteriores per uotum paupertatis. 60

[10] Ex quo potest sic argui: sicut se habet matrimonium consummatum, quod | est carnale, ad mortem corporalem, sic se habet *M277vb*
 matrimonium non | consummatum, quod est spirituale, ad mortem *Na112va*
 spirituales; set matrimonium carnale soluitur per mortem carnalem;
 65 ergo matrimonium non consummatum, quod est spirituale, soluitur
 per mortem spirituales; | hoc autem est ingressus religionis; ergo etc. *P133vb*
 Hoc etiam uidetur processisse ex facto Christi, qui secundum quasdam
 hystorias Ioannem uolentem nubere uocauit de nuptiis.

[11] Ex quo patet quod tale matrimonium non soluitur per sus-
 70 ceptionem sacri ordinis, licet hoc uideatur dicere HOSTIENSIS in
 S u m m a sua, quia per susceptionem sacri ordinis non efficitur quis
 mundo mortuus, set solum mutilatus; est enim liber quoad uelle et
 nolle et dominus rerum suarum habens proprietatem earum, ut prius,
 quamuis sit mutilatus per uotum castitatis annexum sacro ordini uel
 75 magis | statuto ecclesie, ut infra patebit. Et istius sententie uidetur *O194r*
 esse IOANNES in apparatu 27, q. 2, cap. 'Desponsatam', ubi dicit quod
 sponsus non potest recipere ordinem | sacrum. Ius etiam expressum *L48ra*
 est de ingressu religionis quod sit licitus ante carnalem copulam, non
 autem de susceptione sacri ordinis. Quod autem dictum est quod ma-
 80 trimonium ante consummationem | soluitur per religionis ingressum, *K53ra*

intelligendum est quando aliquis ingreditur cum effectu, hoc est quando profitetur.

[12] Set numquid alter remanens in seculo tenetur expectare quod alius sit professus? Dicunt OMNES quod sic. Set QUIDAM dicunt quod
M278ra tempus probationis debet abbreviari et taxari | per episcopum propter 85
 periculum incontinentie illius qui remanet in seculo; alioquin posset fraudari iure suo, quia intrans religionem posset esse usque ad finem
E49va anni in uno monasterio et tunc exire et intrare | aliud monasterium; et sic alius fraudaretur.

[13] ALIIS uidetur distinguendum, quia si uxor intrat de licentia ma- 90
O194v riti uel econuerso, remanens in | seculo tenetur expectare professionem nec debet abbreviari tempus probationis a iure statutum, cum tunc non fiat remanenti in seculo aliquod preiudicium. Si uero non intrat de licentia, debet ei certum tempus prefigi infra quod profiteatur. Nec est inconueniens tempus probationis a iure statutum abbreviari, quia 95
 speciale est in hoc casu propter periculum incontinentie illius qui remanet in seculo.

[14] ALIIS uidetur quod ex quo ius ei permittit quod intret religionem, et tempus probationis non solum introductum sit in fauorem

100 conuersi, set etiam in fauorem monasterii, ut sumatur experientia de
 moribus nouitii, non debet illud tempus abbreviari nisi forte appa-
 reret fraus eius, ut quando iret de uno monasterio ad aliud discur-
 rendo. Primam | opinionem tenet BERNARDVS in apparatu *Extra*, *V137va*
 ‘De regularibus et transeuntibus ad religionem’, cap. ‘Statuimus’;
 105 secundam uidetur tangere IOHANNES 27, qu. 2, cap. ‘Desponsatam’,
 in *Glossa*; tertiam tenet HOSTIENSIS in *Summa* sua. Et sic patet
 qualiter | matrimonium nondum consummatum soluitur per religionis *O195r*
 ingressum etiam quoad uinculum.

[15] Si autem matrimonium sit consummatum, aut hoc est per
 110 uiolentiam illatam uxori a uiro aut de consensu utriusque. In primo
 casu uidetur QVIBUSDAM quod mulier potest intrare religionem inuito
 uiro | et profiteri et sic matrimonium inter eos solui. Quorum ratio est *M278rb*
 quia nullus debet perdere ius suum inuitus ex sola culpa alterius; set
 mulier antequam cognosceretur, habebat ius ingrediendi religionem si
 115 uellet; ergo per hoc quod cognoscitur inuita, non amittit ius suum.

[16] ALII uidetur quod ex quo matrimonium est consummatum,
 nullo modo separatur nisi per mortem corporalem; nec obstat quod
 ALII dicunt, quia talis copula non est omnino iniuriosa nec uiolenta,
 cum maritus usus sit re sua; | accepit enim per mutuuum consensum ius *Na112vb*
 120 in corpus mulieris quod permanet quousque soluat per professionem
 religionis; et ideo maritus | usus est iure suo; illa autem sibi imputet *O195v*
 si uolebat religionem intrare quod non cauit sibi a matrimonii

P134ra consummatione. | Si autem matrimonium sit consummatum de
 consensu utriusque, sic secundum OMNES non potest solui quoad
 uinculum per religionis ingressum, set solum per mortem corporalem 125
 alterius, ut patet ex predictis; et propter aliud, quia matrimonium,
 quod significat unionem Christi et ecclesie indiuisibilem, est totaliter
 indiuisibile manente utroque coniuge; set tale est matrimonium
 consummatum. Significat enim coniunctionem Christi et ecclesie
 quoad naturam assumptam, que fuit indiuisibilis; quare etc. Et sic 130
 patet primum, scilicet qualiter matrimonium soluitur quoad uinculum
 per religionis ingressum.

[17] De solutione autem matrimonii quoad thorum dicendum
 quod soluitur dupliciter: uno modo ex culpa alterius coniugis, scilicet
M278va per fornicationem, alio modo | ex mutuo consensu quando pari uoto 135
 ingrediuntur religionem; uel alter ingreditur, alter uero remanet
O196r in seculo profitens continentiam, si tamen sit persona de cuius |
 incontinentia probabiliter non timeatur, aliter non.

[18] Ad primum argumentum dicendum quod minus uinculum
L48rb soluitur per maius quando sunt unius rationis et unum | est 140
 impossibile alteri. Et sic soluitur unum uotum per aliud, ut uotum
Z189ra | transmarinum per uotum religionis et uotum | minoris religionis
K53rb per uotum artioris; nec est in alicuius preiudicium, quia uotum fit
A153ra principaliter Deo, non homini. | Et ideo sicut non est preiudicium cum

145 | eidem soluitur plus quam sit ei promissum, sic non est preiudicium *E49vb*
 cum quis transfert se de minori uoto ad maius quando utrumque pure
 fit Deo et propter Deum. Set matrimonium et uotum religionis non
 sunt uincula unius rationis, quia per unum, scilicet per matrimonium,
 obligatur quis homini secundum Deum, per aliud uero, scilicet
 150 per uotum religionis, obligatur quis homini uice Dei. Et ideo fieret
 preiudicium alteri coniugi si preter eius uoluntatem transferretur quis
 ad uotum religionis.

[19] Ad secundum dicendum quod ille qui ingreditur religionem
 post consummatum matrimonium sine consensu alterius, non ducitur
 155 Spiritu sancto, qui est *spiritus ueritatis* et *arguit mundum de peccato*;
 istud autem est peccatum et contra ueritatem iustitie; ideo etc.

<QVESTIO TERTIA

VTRVM CONVENIENTER ASSIGNETVR TEMPVS SPONSALIVM, SCILICET
 QUOD POSSINT CONTRAHI POST SEPTENNIVM>

[1] Tertio queritur utrum conuenienter assignetur tempus sponsa- *O196v*
 5 lium, scilicet quod possint contrahi post septennium. Videtur quod

V137vb non, | quia sponsalia ordinantur ad matrimonium; set non idem tem-
 pus assignatur pro matrimonio contrahendo uiro et mulieri, cum uiro
 assignetur tempus 14 annorum, mulieri uero 12; ergo non idem tem-
M278vb pus debet assignari uiro et mulieri pro sponsalibus | contrahendis; non
 ergo tempus septennii pro utroque. 10

[2] Item contractus qui potest fieri per alios, non requirit
 discretionem uel usum rationis in illis de quorum contractu agitur; set
 sponsalia possunt contrahi inter parentes pro filiis; ergo non requiritur
 in filiis aliqua etas discretionis, nec tempus septennii, nec aliud.

[3] In contrarium est quod dicunt *I u r a*, ff. 'De sponsalibus', l. 'In 15
 sponsalibus', et *E x t r a*, 'De sponsatione impuberum', cap. 'Literas' et
 cap. 'Accessit'.

[4] Responsio. Videnda sunt tria: primum est an sponsalia conue-
 nienter precedant matrimonium et quot modis contrahuntur; secun-
O197r dum est de tempore statuto ad contrahenda sponsalia; | tertium est an 20
 contracta possint dissolui et quibus modis.

[5] Quantum ad primum dicendum quod sponsalia conuenienter
 precedunt matrimonium. Cuius ratio est quia in magnis et periculosis
Na113ra contractibus promissio | conuenienter precedit rei traditionem (facilius

25 enim est et minus inconueniens corrigere si errare contingat in con-
 tractu quando initiatur quam quando | est totaliter consummatus); set *P134rb*
 matrimonium est magnus et periculosus ualde contractus, cum alter
 coniugum alteri obligetur non solum quoad exteriora, set quoad pro-
 prium corpus et in perpetuam seruitutem; ergo conueniens est quod
 30 matrimonium, in quo fit translatio corporis proprii in potestatem al-
 terius, precedant sponsalia, que sunt promissio futurarum nuptiarum
 de matrimonio contrahendo. Propter eandem rationem est statutum
 ut sponsalia publicentur per banna ut appareat si quid legitime obstat
 matrimonio contrahendo, ut habetur *Ex t r a*, ‘De clandestina despon-
 35 satione’, cap. ultimo. Et similiter propter eandem rationem statutum
 est ut in religione | tempus probationis precedat tempus professionis. | *M279ra*

[6] Contrahuntur autem sponsalia quatuor modis, scilicet nuda *O197v*
 promissione uel datis arris sponsalitiis uel annuli subarratione uel
 interpositione fidei seu iuramenti. In solo primo contrahuntur sponsa-
 40 lia; cetera uero non sunt nisi confirmatio sponsalium. Promissio autem
 per quam sponsalia contrahuntur, aut est absoluta aut condicionata.
 Si absoluta, statim per ipsam sponsalia contrahuntur; si condiciona-
 ta, aut condicio est honesta (ut cum dicitur “accipiam te in meam si

parentibus placeat uel si dederis centum”), et tunc stante condicione, stant sponsalia, non stante, non stant, sicut habetur *Ex t r a*, ‘De con- 45
dicionibus apposis in desponsationibus’, cap. ‘De illis autem’ et cap.
L48va ‘Super eo’; si autem condicio sit inhonesta, | aut est contra bona matri-
monii (ut si dicatur “accipiam te, si sterilitatis uenena procures uel do-
E50ra nec inueniam aliam meliorem”), et tunc non contrahuntur | sponsalia,
K53va cum ordinentur | ad matrimonium, cui opponitur condicio apposita, | 50
O198r aut non est contraria bonis matrimonii, et tunc sponsalia stant et con-
dicio debet haberi pro non adiecta, ut expresse habetur *Ex t r a*, eodem
titulo quo supra, cap. ultimo; ubi etiam dicitur quod si condicio sit
impossibilis (ut si dicatur “contraham tecum si digito celum tetigeris”) 55
stant sponsalia et condicio debet pro non apposita haberi; quod est
ualde mirandum, cum sponsalia contrahantur per consensum, sicut et
matrimonium; per talia autem uerba condicione impossibili apposita
magis consueuit intelligi dissensus quam consensus.

[7] Quantum ad secundum sciendum quod tempus septennii
conuenienter est determinatum a iure pro sponsalibus contrahendis, 60

quia quicumque contrahit sponsalia, debet habere aliquam prudentiam de futuris, | cum sponsalia | sint promissio futurarum nuptiarum; *M279rb*
 set ante septennium nullus habet sufficientem prudentiam de futuris; *V138ra*
 ergo etc. Minor declaratur. Est enim *triplex* status hominis, ut dicitur *I*
 65 *E t h i c o r u m* : *primus enim est cum quis nec per se intelligit, nec ab alio*
capere potest; | secundus est quando homo ab alio capere potest, set ipse non *O198v*
sufficit ad intelligendum per se ipsum; tertius est cum ab alio capere potest
et per se ipsum considerare. Primum statum optinet homo ante primum
septennium, | et propter hoc illo tempore nulli contractui | aptus est et ita *A153rb*
 70 *nec sponsalibus. Set ad secundum statum incipit homo peruenire in prin-* *Z189rb*
cipio secundi septennii, precipue quantum ad ea que ad personam ipsius
 pertinent, ad que ratio naturalis citius conualescit; et ideo tunc incipit
 esse aptus ad aliqua promittendum in futurum per sponsalia, non au-
 tem ad obligandum se perpetuo uinculo per matrimonium, quia adhuc
 75 non habet firmam uoluntatem. Ad tertium statum peruenit homo in
 principio tertii septenarii; et ideo potest se tunc obligare in hiis que
 ad personam ipsius pertinent, uel ad religionem, uel matrimonium.
 Patet ergo minor, scilicet quod ante septennium non habet homo
 prudentiam de futuris que sufficiat ad contrahendum sponsalia. | *O199r*

Na113rb [8] Quantum ad tertium sciendum quod sponsalia dimittuntur in 80
 octo casibus: Primus est cum alter intrat religionem cum effectu; nec
 mirum cum in hoc casu matrimonium non consummatum soluat, ut patet ex predictis, quia in ingressu religionis est quedam mors ciuilis; de hoc habetur *Extra*, ‘De conuersione coniugatorum’, cap. ‘Verum’ et cap. ‘Ex publico’. Secundus est quando alter contrahit cum aliquo 85
M279va per uerba de presenti, *Extra*, ‘De sponsalibus’, | ‘Si inter uirum’, et ‘De sponsa duorum’, cap. primo. Et in hiis duobus casibus soluuntur
P134va sponsalia ipso iure. Tertius est quando alius transfert se | ad regionem longinquam et conuenienter expectatus non redit, *Extra*, ‘De sponsalibus’, ‘De illis autem’. Quartus est quando superuenit enormis 90
 infirmitas que notabiliter debilitat, ut epilepsia uel paralysis, aut notabiliter deformat, ut abscisio nasi uel aliquid huiusmodi, aut que
O199v est contra bonum prolis, ut lepra, que | solet prolem inficere; de hoc habetur *Extra*, ‘De coniugio leprosoꝝ’, cap. ‘Literas’, et ‘De iure iurando’, cap. ‘Quemadmodum’. Quintus est cum superuenit affinitas, 95
Extra, ‘De consanguineitate et affinitate’, ‘Super eo’; et ad hoc

probandum sola fama sufficit propter scandalum. Sextus est quando
 alter fornicatur, *E x t r a*, ‘De iure iurando’, ‘Quemadmodum’, quia
 ex hoc male presumitur de fide in posterum seruanda. Septimus est
 100 quando mutuo se absoluunt, *E x t r a*, ‘De sponsalibus’, cap. ‘Preterea’.
 Istum tamen casum QUIDAM non recipiunt dicentes quod ecclesia hoc
 non approbat tamquam licitum, set sustinet tamquam minus malum
 ne deterius contingat, quia coacta matrimonia consueuerunt habere
 malos exitus. Et huic opinioni satis uidetur concordare textus decretalis;
 105 set exemplum quod in decretali adducitur, non bene concordat; dicit
 enim quod se mutuo absoluere possunt instar eorum qui societatem
 interpositione fidei | contrahunt et postea eandem sibi | remittunt, quod *E50rb*
 utique potest fieri licite. Est etiam ad hoc ratio, quia omnis promissio, *L48vb*
 quantumcumque iuramento firmata, facta in fauorem hominis, potest
 110 remitti ab eo in | cuius fauorem facta est; cum ergo sponsalia sint *O200r*
 promissio facta homini de futuro | matrimonio, | quantumcumque *K53vb*
 sint uallata iuramento, possunt dissolui ut unus absoluat alterum; et *M279vb*
 hoc uidetur uerius. Octauus casus est quando sponsalia contracta sunt
 inter parentes et uterque uel alter ueniens ad etatem legitimam petit
 115 absolui, *E x t r a*, ‘De desponsatione impuberum’, cap. ‘De illis’. Et in

V138rb hiis sex ultimis casibus soluuntur | sponsalia per iudicium ecclesie et non ipso facto.

[9] Ad primum argumentum dicendum quod *in contractu matrimonii non solum requiritur dispositio anime quoad usum rationis, set dispositio corporis ut sit tempus generationi aptum. Et quia puella in duodecimo anno ad hoc uenit, masculus autem in fine secundi septennii,* 120
O200v ut habetur IX De | animalibus, simul autem usum discretionis accipiunt, qui requiritur tantum in sponsalibus, ideo in sponsalibus determinatur idem tempus utrique, non autem in matrimonio.

[10] Ad secundum dicendum quod contractus qui est inter parentes pro filiis non habet uim ueram sponsalium licet sit quedam padio inter parentes. Quod patet, quia nisi pueri uenientes ad etatem legitimam ratum habeant tacite uel expresse quod per parentes actum est, nichil ualet. 125

<QUESTIO QVARTA

VTRVM CVM BIGAMO LICEAT DISPENSARE>

[1] Quarto queritur utrum cum bigamo liceat dispensare. Videtur quod non, quia contra ius diuinum non licet dispensare; set de iure diuino est quod bigamus non promoueatur ad ordines cum hoc conti- 5

neatur in canone; I T h i m. 3: *Oportet episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris uirum*; ergo | nulli in hoc licitum est dispensare. Na113va

[2] Item, *Extra*, 'De bigamis', dicitur quod clericis qui quantum est in ipsis secundas mulieres matrimonialiter coniunxerunt, tamquam cum
10 *bigamis dispensare non licet.*

[3] *In contrarium est quod Lucius papa dispensauit cum Panormitano episcopo, qui erat | bigamus*, ut dicit GAVFRIDUS in S u m m a. | O201r

[4] Responsio. Videnda sunt tria: Primum est quare bigamie sit annexa irregularitas; secundum est quot modis bigamia contrahatur;
15 tertium est utrum cum bigamis liceat dispensare. | Z189va

[5] Quantum ad primum dicitur sic communiter quod causa quare bigamie est annexa irregularitas, est defectus sacramenti. Decet enim illum qui constituitur minister sacramenti nullum pati in sacramentis defectum; set per sacramentum ordinis constituitur quis minister

A153va sacramentorum; | ergo non debet in sacramentis habere defectum. Bi- 20
 gamus autem patitur defectum in sacramento matrimonii; cum enim
 matrimonium ex hoc fit sacramentum quod significat coniunctionem
 Christi et ecclesie, que coniunctio est unius ad unam, ideo bigamia,
P134vb que hoc tollit cum sit unius ad | plures, inducit defectum sacramenti et
 per consequens irregularitatem. Set nescio an ista fuerit intentio APO- 25
 STOLI quando inhibuit bigamum ordinari, quia bigamiam enumeravit
 cum aliis que non sonant in defectum sacramenti, set magis in notam
O201v criminis dicens: | *Oportet episcopum irreprehensibilem esse, unius uxoris*
uirum, non uinolentum, non percussorem, non litigiosum, non cupidum.

[6] Et ideo ALII dicunt quod causa prohibitionis est, quia in minis- 30
 tris ecclesie *debet maxima spiritualitas apparere* ex eo quod *spiritualia*
administrant, spiritualia docent et in spiritualibus occupari debent. Vnde
cum concupiscentia maxime spiritualitati repugnet per quam totus homo
caro efficitur, non debet aliquod signum concupiscentie permanentis in
eis apparere; quod quidem apparet in bigamis qui una uxore contenti esse 35
noluerunt. Primum tamen tenetur communius.

[7] Quantum ad | secundum sciendum est quod bigamia contrahi- *E50va*
 tur in sex casibus. Primus est quando quis diuersis | temporibus habet *M280rb*
 diuersas uxores legitimas et quamlibet earum cognoscit, 28, questio
 40 ultima, cap. ultimo 'Acutius'; secundus est quando diuersis temporibus
 habet plures uxores, unam de iure, alteram de facto, *Ex t r a*, 'De bi-
 gamis', 'Nuper'; tertius est quando eodem tempore habet duas uxores,
 alteram de iure, alteram | de facto, et | cognoscit omnes; quartus quan- *O202r*
 do | contrahit cum uidua uel | corrupta ab alio, 33 dist., 'Maritum', et *L49ra*
 45 *Ex t r a*, 'De bigamis', cap. 'Debitum'; quintus est quando cognoscit *V138va*
 uxorem propriam postquam ab alio fuit cognita, 34. dist., 'Si cuius'; *K54ra*
 sextus quando solempne uotum continentie contrahit de facto, licet de
 iure non possit, 27, q. 1, 'Quotquot'.

[8] Quantum ad tertium dicendum est quod papa potest dispen-
 50 sare cum omni bigamo quod promoueatur ad omnes ordines, non

solum minores, set quoscumque maiores. Cuius ratio est quia in omnibus penis uel defectibus qui non sunt de iure naturali uel diuino, set solum de statuto iuris positiui, papa potest dispensare pro libito uoluntatis; et irregularitas annexa bigamie non est de iure naturali uel diuino, set solum de iure positiuo; ergo papa potest in ea plenarie dispensare. Maior patet de se, quia super penas que mere infliguntur a iure positiuo, papa | habet plenariam potestatem. Minor declaratur, quia illud quod non est contra dictamen rationis naturalis nec contra ueritatem articulorum fidei nec contra essentialia sacramentorum, non est contra ius naturale uel diuinum (ius enim naturale innititur rationi, diuinum uero articulis fidei et sacramentis); quod autem bigamus ordinetur, non est contra | dictamen rationis naturalis, ut de se patet, nec contra aliquem articulum fidei nec contra essentialia | sacramenti ordinis; quia si de facto bigamus ordinetur, recipit essentialia ordinis; ergo irregularitas bigamie non est de iure naturali uel diuino, set solum de iure positiuo. Licet ergo pape in ea prout uoluerit dispensare; *set episcopus potest quantum ad minores ordines, et quidam dicunt quod etiam quantum ad maiores, in illis qui uolunt Deo seruire in religione propter uitandum religionis discursum.*

[9] Ad primum argumentum dicendum quod non licet dispensare in hiis | que continentur in canone *que sunt de iure naturali et de necessitate sacramentorum* uel *fidei*; *set in aliis que sunt de institutione Aposto-*

lorum, licet, cum ecclesia eandem potestatem habeat nunc instituendi et destituendi quam tempore Apostolorum habuit.

75

[10] Ad secundum dicendum quod per illud uerbum “non licet cum bigamis dispensare” notatur difficultas dispensandi, non impossibilitas. Et sic est glossandum ubicumque uerbum simile inuenitur.

*[P135ra]**[K54rb]*

<DISTINCTIO VIGESIMA OCTAVA
QUESTIO PRIMA
VTRVM CONSENSVS DE FUTURO COPVLA CARNALI
SEQVENTE FACIAT MATRIMONIVM>

[1] *Hic queri solet* etc. Circa distinctionem istam primo queritur utrum 5
consensus de futuro copula carnali sequente faciat matrimonium.
Et uidetur quod sic, quia *consensus expressus non solum uerbis, set*
quibusdam euidentibus signis, facit matrimonium; set per carnalem
copulam exprimitur consensus tamquam per euidentissimum signum;
ergo per hoc fit uerum *matrimonium.* 10

[2] Item matrimonium quod de se nullum est, non prestat
impedimentum sequenti matrimonio quin sit firmum et legitimum;
O203v | set consensus per uerba de futuro cum copula carnali sequente
prestat impedimentum sequenti matrimonio, ut apparet *Extra*, ‘De
sponsalibus’, cap. ‘Hiis qui fidem’; ergo fuit uerum matrimonium. 15

M280vb [3] In contrarium arguitur, quia posterius | non est causa prioris;
set carnalis copula posterior est obligatione matrimonii, ergo non facit
Z189vb matrimonium; nec consensus | expressus per uerba de futuro facit
ipsum, ut patet ex precedentibus; ergo tale matrimonium est nullum.

20 [4] Responsio. Videnda sunt duo: primum est | utrum carnalis *E50vb*
 copula sequens sponsalia faciat matrimonium; secundum est, supposito
 quod non in aliquo casu, utrum tunc impediat sequens matrimonium.

[5] Quantum ad primum sciendum est quod post contracta *V138vb*
 sponsalia uir et mulier aut conueniunt intentione exhibendi quod
 25 in sponsalibus promiserunt, aut non. Si primo modo, sic est uerum
 matrimonium et secundum iudicium ecclesie et secundum forum
 conscientie: Cuius ratio est quia consensus de presenti sufficienter ex-
 pressus facit uerum matrimonium; set quando post sponsalia uir uel
 mulier conueniunt intentione exhibendi quod in sponsalibus promi-
 30 serunt, est ibi uerus consensus de presenti qui sufficienter exprimitur
 ex opere subsecuto quoad forum conscientie consensu supposito et
 quoad | forum ecclesie ex promissione precedente; ergo est ibi uerum | *O204r*
 matrimonium | non solum secundum iudicium ecclesie, set secundum *L49rb*
 forum conscientie. Si autem non conueniunt intentione exhibendi *A153vb*
 35 quod in sponsalibus promiserunt, set affectu fornicario ex parte utrius-
 que uel alterius tantum, sic adhuc secundum iudicium ecclesie est ibi
 presumpsum matrimonium, non autem secundum forum conscientie.

[6] Ratio primi est quia ex quo precesserunt sponsalia, que sunt
 promissio futuri matrimonii, per quod uir accipit | potestatem corporis *M281ra*
 40 mulieris et econuerso, cum sequitur carnalis copula, presumitur de iure
 quod sit in exhibitionem rei promisse; et hoc est presumptio iuris et de

iure, contra quam non admittitur probatio. Et satis rationabiliter, quia magis licet post initiatum matrimonium intrare religionem quam post contracta sponsalia contrahere aliud matrimonium (primum enim licet et factum tenet, secundum autem, quamuis | quando factum est 45 teneat, tamen non licet facere secundum conscientiam); set in primo casu, si mulier uolens transire ad religionem inuita cognoscatur a uiro, O204v | presumitur uerum matrimonium consummatum, quia ex precedenti consensu iudicatur sequens copula non simpliciter ui extorta nec iniuriosa, ut patet ex precedentibus; ergo in casu nostro sequens copula | 50 cum non sit ui extorta, set uoluntaria, multo fortius debet presumi ut exhibitio promissionis precedentis.

[7] Ratio secundi est quia matrimonium non solum est quidam contractus, set sacramentum in quantum est sacre rei signum, scilicet coniunctionis Christi et ecclesie; coniunctio autem Christi et ecclesie, 55 siue per caritatem, siue per nature conformitatem, nec est nec fuit nisi per liberum consensum (de coniunctione quidem que est per caritatem, de se patet; de ea que est per nature conformitatem, | similiter patet ex eo quod Christus nostram naturam non assumpsit, nisi quando uirgo consensit, quando scilicet dixit *fiat michi secundum uerbum 60 tuum*); ergo similiter matrimonium ut sacramentum non potest uerum

esse, nisi per uerum consensum utriusque. Propter quod ubi consensus deest ex parte utriusque, quando conueniunt affectu fornicario, uel ex parte alterius | qui dolo uult extorquere carnalem copulam ab altero, *O205r*
 65 nullum est matrimonium. Et hoc est quod dicitur *Ex t r a*, ‘De sponsalibus’, ‘Tua nos’, in fine, quod ubi *dolus affuit, consensus defuit sine quo cetera fedus perficere nequeunt coniugale*. Et sic patet primum.

[8] Quantum ad secundum dicendum est quod sicut ecclesia iudicat primum matrimonium uerum esse, sic secundum iudicat non ualere. Set quoad forum conscientie est duplex opinio. *QVIDAM* dicunt quod licet primum matrimonium nullum sit quando consensus deest et carnalis copula dolo extorquetur, tamen sequens matrimonium non tenet, non quidem ex ui precedentis matrimonii, quod nullum fuit, set propter statutum iuris; potest enim ecclesia ex causa facere personas
 70 illegitimas ad contrahendum; et sic fecit, ut dicunt, in casu nostro. Et pro *HIIS* uidentur facere uerba decretalis allegate, ubi dicitur quod nec uerum nec aliquod censetur matrimonium quod de facto est postmodum subsecutum. *M281rb*

[9] *ALII* dicunt communius et uerius quod secundum matrimonium non impeditur per primum quoad forum conscientie, cum primum nullum | fuerit. Nec | ualet quod *ALII* dicunt quod ecclesia potest facere personas illegitimas ad contrahendum, quia quamuis hoc sit uerum, in proposito tamen casu non fecit illegitimas | per aliquod *O205v*
 80 *V139ra*
E51ra

statutum expressum, nec uerba decretalis que allegata sunt, intelligenda sunt nisi quoad presumptionem ecclesie. 85

[10] Ad primum argumentum dicendum quod ubi post sponsalia uir et mulier conueniunt intentione exhibendi quod promiserunt, ibi est consensus sufficienter expressus et uerum matrimonium secundum iudicium conscientie et ecclesie; alias non secundum iudicium conscientie, licet semper sit secundum iudicium presumpsum ecclesie. 90

[11] Ad secundum patet solutio ex dictis in secundo articulo questionis.

[12] Ad argumentum in oppositum dicendum quod sequens copula non facit matrimonium, nisi quia est signum presentis consensus, |
M281va que etsi sequatur consensum natura ut eius effectus, concomitatur ta- 95
 men tempore. Nec intelligendum est quod precedens consensus sponsalium cum carnali copula sequente faciat matrimonium, set consensus nouus et presens quem carnis copula concomitatur.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM CONSENSVS DE PRESENTI CONDICONATVS
FACIAT MATRIMONIVM>

[1] Secundo queritur utrum consensus de presenti condicionatus
5 faciat matrimonium. Videtur quod non, quia consensus faciens ma-
trimonium debet esse certus; | set consensus condicionatus non est *O206r*
certus, cum innitatur dubio condicionis; ergo non facit matrimonium.

[2] Item consensus simplex de futuro cum iuramento certior est
quam consensus de presenti condicionatus; set consensus | simplex de *L49va*
10 futuro quantumcumque uallatus iuramento non facit matrimonium,
ut patet per Magistrum in litera; ergo nec consensus de
presenti condicionatus.

[3] In oppositum est quia alii contractus fiunt cum condicione,
ergo et matrimonium.

15 [4] Responsio. Consensus potest condicionari dupliciter: uno
modo limitatione | temporis, ut si dicatur “accipio te in meam *Z190ra*
usque ad duos annos”, uel expressione alterius condicionis. Si primo
modo, non est matrimonium, quia consensus qui est contra naturam
contractus, uitiat contractum; set consensus | usque ad tempus est *Na114rb*
20 contra naturam matrimonii; ergo uitiat et tollit matrimonium.
Minor patet, quia de natura matrimonii, ut pertinet ad ius naturale
et quatenus est ad educationem proles et ut pertinet ad ius diuinum

et quatenus est sacramentum, est inseparabilitas, contra quam est consensus ad tempus.

O206v [5] De aliis autem condicionibus intelligendum est | quod aut 25
 condicio est de presenti aut de futuro. Si de presenti, sic extante
 condicione stat matrimonium, non extante uero non stat, nisi forte
M281vb sit condicio impossibilis que in fauorem | matrimonii semper debet
 haberi pro non adiecta; et idem est, si condicio sit de preterito. Si
 uero sit condicio de futuro, aut est necessaria, et tunc habetur pro 30
P135va completa et stat | matrimonium, ut si dicatur, | “contraho tecum si sol
A154ra orietur cras”; aut impossibilis, et tunc habetur pro non adiecta et stat |
K54vb matrimonium; aut contingens, et tunc si est contra bona matrimonii,
 nullum est matrimonium nec sponsalia, ut si dicatur “contraho tecum
 si generationem prolis euites, aut si pro questu ad adulterandum te 35
 tradas”, per eandem rationem que dicta est de consensu ad tempus. Si
 uero non sit contra bona matrimonii, si sit honesta, non contrahitur
 matrimonium, set sponsalia tantum extante condicione, non extante
 uero non. Cuius ratio est quia consensus condicionatus sequitur
 naturam condicionis licite et honeste; set condicio est de futuro et 40
 potest non euenire ergo consensus est de futuro potens deficere; talis
O207r autem consensus non sufficit ad contrahendum | matrimonium, quod
 est indissolubile, nisi per mortem corporalem uel ciuilem postquam
 est rite contractum. Si autem sit turpis, debet haberi pro non adiecta

45 et stat matrimonium propter presentem consensum. Hoc probatur
 Extra, 'De condicionibus appositis in matrimonio', cap. ultimo.
 Et uidentur | hec omnia satis rationabiliter dicta, excepto illo quod *V139rb*
 dicitur quod condicio impossibilis debet haberi pro non adiecta, quia
 sicut dictum fuit prius, consensus de presenti uel de futuro adiecta
 50 condicione impossibili non uidetur esse uerus consensus qui requiritur
 ad sponsalia et ad matrimonium. Potius enim consueuerunt talia uerba
 dici ad insinuandum dissensum | quam consensum et ad derisionem *E51rb*
 quam ad serium.

[6] Ad primum | argumentum dicendum quod consensus *M282ra*
 55 condicionatus condicione preterita uel presente uel futura necessaria ita
 certus est sicut non condicionatus, quia condicio apposita certa est nec
 tollit a consensu aliquam certitudinem, nec turpis et impossibilis, cum
 pro non adiectis habeantur. Consensus uero condicionatus condicione
 contingente et futura honesta incertitudinem habet, sicut et condicio;
 60 et ideo non causat matrimonium, set | sponsalia, si tamen condicio *O207v*
 eueniat, aliter non.

[7] Ad secundum dicendum quod consensus de futuro addito
 iuramento non est certior quam consensus de presenti condicionatus
 condicionibus presentibus uel preteritis uel futuris de necessario,
 65 immo consensus sic condicionatus est certior, sicut certior est exhibitio

rei quam eius promissio quantumcumque uallata iuramento. Per consensum enim de presenti predictis modis condicionatum fit actualis exhibito rei; per sponsalia autem iuramento firmata non fit nisi promissio, quia iuramentum, cum adhibeatur ad confirmationem dictorum, illud tantum confirmat quod in dictis significatur nec significatum mutat. Et ideo cum uerba de futuro ex sua significatione habeant quod non faciant matrimonium, set solum sponsionem matrimonii, ideo iuramentum adueniens solum confirmat sponsalia, set non transfert ea in matrimonium. *L49vb*

<DISTINCTIO VIGESIMA NONA

QUESTIO PRIMA

VTRVM CONSENSVS POSSIT ESSE COACTVS VEL GENERALIVS VTRVM

VOLVNTAS POSSIT COGI AD CONSENSVM VEL

5

AD QVEMCVMQVE ALIVM ACTVM>

[A1-B1] *Oportet autem consensum coniugum.* Circa distinctionem istam primo queritur utrum consensus possit esse coactus uel generalius utrum uoluntas possit cogi ad consensum uel ad quemcumque alium actum. Et uidetur quod sic: intellectus uidetur esse nobilior uoluntate; set intellectus | potest cogi per demonstrationem ad consentiendum alicui conclusioni; ergo et uoluntas potest cogi ad consentiendum alicui sibi | proposito. *O208r*

[A2-B2] Item uiolentum seu coactum opponitur naturali et uoluntario, ut patet ex III *E t h i c o r u m*. Ex quo sic arguitur: quando duo | *M282rb*
15 motus sunt contrarii, si unus est naturalis, alius est uiolentus, ut patet in motu lapidis sursum et deorsum; ergo similiter in contrariis actibus uoluntatis, si unus est uoluntarius, contrarius est uiolentus. Set uoluntas successiue habet actus contrarios (quandoque enim uolumus frige-

scere, quandoque calere); cum ergo constet alterum esse uoluntarium, relinquitur quod reliquus sit uiolentus. 20

[A3-B3] Item omne triste uidetur esse uiolentum (tristitia enim est de hiis que nobis nolentibus accidunt); set multa uolumus cum tristitia, ergo uiolenter. |

[A4-B4] In contrarium arguitur quia quod maxime liberum est, non potest cogi; set uoluntas maxime libera est; ergo non potest cogi. 25

P135vb [A5-B5] Responso. Distinguendum est primo secundum | terminos questionis de coactione et de actibus uoluntatis, deinde descendetur ad solutionem questionis. Quantum ad primum aduertendum est quod duplex est actus uoluntatis: unus ab ea immediate *O208v* elicitus, | ut uelle; alius ab ea imperatus, ut sunt actus omnium potentialiarum que subiciuntur imperio uoluntatis, ut percutere, currere et sic de similibus. Similiter duplex est coactio: una dicta simpliciter, cum aliquid mouetur in contrarium sue inclinationis uel impeditur ab ea, sicut cum lapis mouetur sursum uel impeditur ne descendat deorsum, *Z190rb* et hoc potest dici compulsio; alia est coactio secundum | quid, que *V139va* potest dici | impulsio, que magis est quedam inductio quam coactio, ut postea magis patebit.

[A6-B6] Loquendo ergo primo de coactione simpliciter et de actu a uoluntate imperato, dicendum quod uoluntas potest cogi. Cuius ratio est quia omnis potentia cuius actus est in materia | subiecta contrarietati, potest impediri uel impelli in contrarium per potentiam 40

fortioris uirtutis; set aliqui actus imperati a uoluntate sunt in materia
 subiecta contrarietati, quia in materia corporali inferiore, ut currere,
 percutere; ergo possunt impediri et contrarium fieri per predominium
 45 maioris uirtutis. Et hoc patet ad sensum: uolens enim ire alicubi potest
 impediri ne uadat et trahi in oppositum. Et hoc est coactio simpliciter.

[A7-B7] Loquendo autem de actu | a uoluntate | elicito, an ad eum *E51va*
 possit uoluntas simpliciter cogi cum coactio accipiatur, ut dictum *O209r*
 est, pro impedimento actus et pro compulsione in contrarium,
 50 posset uideri alicui quod uoluntas posset cogi quoad actum elicito
 accipiendo coactionem pro impedimento actus. Cuius ratio est quia
 illud quod potest impedire actum cognitionis, potest impedire actum
 uoluntatis; set multa sunt que possunt impedire actum cognitionis,
 ut sompnus et alique infirmitates; ergo possunt impedire | actum *A154rb*
 55 uoluntatis. Et hoc modo, ut uidetur, poterit cogi uoluntas. Set istud
 non uidetur, quia impedimentum actus numquam includit uiolentiam
 uel coactionem nisi maneat inclinatio rei ad actum (non enim diceretur
 lapis uiolentari si prohiberetur moueri deorsum, nisi in eo maneret
 inclinatio ad talem motum); ergo similiter uoluntas non potest cogi
 60 quantumcumque impediatur ab actu uolendi, nisi in ipsa maneat
 inclinatio ad uolendum. Cum ergo per sompnum uel quamcumque
 infirmitatem que impedit actum cognoscendi et per consequens actum
 uolendi, tollatur inclinatio ad | uolendum (nulla enim tunc manet in *M282vb*
 uoluntate: nec naturalis, quia nulla talis est respectu eorum ad que
 65 uoluntas est libera, | nec uoluntaria, quia illa non est nisi uelle, quod *O209v*
 totaliter est sublatum), patet quod uoluntas impediri potest ab actu
 uolendi, set ideo non debet dici cogi.

[A8-B8] Accipiendo autem coactionem pro compulsione in contrarium, dicendum quod uoluntas nullo modo potest cogi quoad actum elicited. Quod patet tripliciter.

[A9] Primo sic: illud quod est tale per essentiam, non potest aliquo modo participare condicionem oppositam; set omne uelle est uoluntarium per essentiam; ergo non potest aliquo modo esse uiolentum, quod est condicio opposita uoluntario. Maior patet: licet enim subiectum quod non est sub uno oppositorum, possit esse sub alio, quia nullum conuenit ei per essentiam, unum tamen oppositorum numquam potest esse aliud, nec simul nec successiue, sicut albedo non potest esse nigredo aut nigra, licet idem subiectum quandoque sit album, quandoque sit nigrum. Minor probatur, scilicet quod uelle sit uoluntarium per essentiam; quia illud est tale per essentiam, quod est primo tale et ratione cuius omnia alia dicuntur talia per participationem; set uelle est uoluntarium primo, nec est aliquid uoluntarium prius ipso; omnia etiam alia que dicuntur uoluntaria, ex eo uoluntaria dicuntur, quia actus uolendi cadit super ipsa; ergo uelle est uoluntarium per essentiam, igitur nullo modo potest ei competere uiolentum, cum opponatur uoluntario sicut naturali, ut patet ex III *E t h i c o r u m*.

[A10-B9] Secundo patet idem sic: omne illud quod potest cogi, *L50ra* habet inclinationem | determinatam et determinatum modum, ut *Na114vb* lapis determinate inclinatur deorsum et determinato | modo, scilicet secundum modum sue grauitatis; si enim neutrum eorum haberet, cogi non posset. Quod patet: materia enim prima, quia indifferenter

70

deest 23

75

80

85

- se habet ad omnem formam quantum est de se, ideo nulla generatio
 95 est uiolenta uel innaturalis quantum est ex parte materie absolute; set
 si qua generatio uel corruptio dicatur innaturalis uel uiolenta, hoc est
 ratione dispositionum determinantium materiam ad aliquam formam.
 A simili, si lapis haberet equalem inclinationem ad omnem | locum et
 ad omnem modum, motus impossibile esset quod uiolentaretur ad ali- *K55rb*
 100 quem locum uel motum. Set uoluntas non habet determinatam incli-
 nationem | ad aliquod uolitum tantum, nec ad aliquem modum, set est *O210r*
 indeterminata ad omne illud quod potest sibi ostendi per intellectum
 sub ratione boni; ergo uoluntas non potest cogi ad uelle respectu
 cuiuscumque obiecti.
- 105 [A11-B10] Tertio patet idem sic: sicut se habet in naturalibus in-
 clinatio ad motum sequentem, sic in uoluntariis se habet | uelle ad *M283ra*
 actum | imperatum sequentem (sicut enim inclinatio lapidis sequitur *P136ra*
 grauitatem et inclinationem sequitur motus, sic uelle non est nisi in-
 clinatio uolentis que debetur | ei ratione uoluntatis secundum formam *V139vb*
 110 apprehensam, quam inclinationem sequitur motus uel actus impera-
 tus); set res naturalis licet possit cogi ne moueatur uel ut moueatur
 in contrarium sue inclinationis, tamen non potest cogi ne inclinetur
 uel ut inclinetur in contrarium manente natura eius (non enim potest
 fieri ut natura lapidis non inclinetur deorsum uel ut inclinetur sursum
 115 manente grauitate lapidis); similiter licet uoluntas possit cogi quoad
 actum imperatum ut non fiat uel ut fiat contrarium eius quod est uo-
 litum, | tamen non potest cogi quoad uelle quod est eius inclinatio, ut *O210v*
 aliquod uelle sit coactum. | Sic igitur patet quod uoluntas non potest *O211r*
 cogi accipiendo coactionem simpliciter, que dicitur compulsio.

E51vb [A12-B11] Accipiendo autem | coactionem non simpliciter, set 120
 secundum quid pro aliqua impulsione, sic uoluntas potest cogi | etiam
Z190va quoad uelle. Cuius ratio est quia qui non uult aliquid simpliciter et ab-
 solute, si uelit illud ex solo timore, aliquo modo cogitur uel impellitur
 ad uolendum (sicut enim amor boni attrahit, sic timor mali impellit);
 set multa sunt que nullus uellet secundum se et absolute, sicut proice- 125
 re merces in mare, quod tamen uolumus timore maioris mali ne tota
 nauis submergatur; uolumus etiam abscissionem membri ne totum
M283rb corpus corrumpatur; ergo tale uelle est aliquo | modo coactum, non
 simpliciter, immo magis est uoluntarium, set secundum quid quasi ali-
 quo modo impulsum. 130

[A13-B12] Ad primum argumentum dicendum quod de preemi-
 nentia uoluntatis ad intellectum et econuerso sunt opiniones. QUIDAM
 enim dicunt quod uoluntas est nobilior intellectu, et secundum hoc
 argumentum non procedit. Posito tamen quod intellectus sit nobilior
O211v uoluntate, | dicendum ad minorem quod intellectus numquam cogitur 135
 quantum ad actum suum, qui est intelligere; illud enim cogitur contra
 cuius inclinationem fit aliquid; set nullum intelligere est contra in-
 clinationem intellectus; ergo respectu intelligere intellectus numquam
 cogitur. Maior patet de se. Set minor probatur; quia si aliquod intelli- 140
 gere esset contra inclinationem intellectus, aut esset contra naturalem
 inclinationem aut contra uoluntariam, que sequitur cognitionem. Non
 contra naturalem, quia secundum illam omnes homines naturaliter sci-
 re desiderant; nec contra uoluntariam, cum illa non sit intellectus, set
 uoluntatis. Sequitur quod intellectus non cogitur, set potius uoluntas,

145 cui placebat uel que imperabat oppositum assensum. Et idem dicen-
 dum est de actu elicito a quacumque potentia cognoscitiua, quia re-
 spectu eius numquam potentia cogitur cum sit eius perfectio ad quam | *Na115ra*
 potentia naturaliter inclinatur, licet ad eum possit necessitari; set cogi-
 tur uoluntas uel appetitus sensitiuus, contra cuius inclinationem potest
 150 esse aliquis actus ab | eis imperatus. *K55va*

[A14-B13] Ad secundum dicendum quod illud ueritatem habet,
 quando inclinatio | rei est ad unum determinate et secundum de-
 terminatum | modum, sicut est inclinatio lapidis deorsum. Et quia *O212r*
 inclinatio uoluntatis non est determinata ad aliquod uolitum, set est *M283va*
 155 indeterminata ad omne illud quod sibi ostendi potest per intellectum,
 | idcirco cogi non potest. | *L50rb*

[A15-B14] Ad tertium dicendum quod non omne triste est *P136rb*
 uiolentum simpliciter, set sufficit quod sit uiolentum secundum quid
 per impulsionem que est ex timore maioris mali, sicut est uelle proicere
 160 merces in mare timore mortis; et hanc coactionem posuimus in uo-
 luntate respectu actus eliciti. Actus autem imperatus potest simpliciter
 esse coactus qui etiam inducit tristitiam in actu a uoluntate elicito | eo *V140ra*
 quod est contra eius inclinationem; | est enim tristitia de hiis que nobis *A154va*
 nolentibus accidunt uel simpliciter uel secundum quid.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM CONSENSVS COACTVS SVFFICIAT AD MATRIMONIUM
CONTRAHENDVM>

[1] Secundo queritur utrum consensus coactus sufficiat ad matrimonium contrahendum. Videtur quod sic, quia uoluntas *non* 5
potest cogi coactione sufficienti, set inducente; set sicut inducitur quis per
O212v *minas, ita per blanditias; | inductio autem per blanditias non excludit*
matrimonium; ergo nec inductio per minas.

[2] Item secundum AUGUSTINUM *coacta uoluntas est uoluntas*, et
secundum Philosophum III Ethicorum uoluntarium mixtum plus 10
habet de uoluntario quam de inuoluntario. Cum ergo non possit esse
coactio in uoluntate nisi per modum uoluntarii mixti, uidetur quod
consensus coactus magis debeat iudicari consensus uoluntarius quam
M283vb inuoluntarius; ergo magis debet facere matrimonium | quam impedire.

[3] In contrarium est quod dicitur Extra, ‘De sponsalibus’, cap. 15
‘Cum locum’, ubi dicitur quod *cum consensus locum non habeat ubi*
coactio intercidit, necesse est ut ubi consensus communis requiritur,
E52ra *omnis coactionis | materia repellatur.*

[4] Responso. Aduertendum est quod cum in consensum non cadat
 20 coactio simpliciter, set illa que est per metum, ut patet ex precedenti
 questione, distinguendum est de metu: est enim quidam metus qui
 cadit in constantem uirum, et alius qui non cadit. Quod patet sic: in
 metuendo enim *constans ab inconstante distinguitur quantum ad duo.*
Primo quantum ad quantitatem periculi quod timetur, quia constans | uel O213r
 25 *uirtuosus sequitur rectam rationem per quam scit quid pro quo facien-*
dum sit uel dimittendum, quia minus malum uel maius bonum semper est
eligendum. Et ideo constans ad minus malum sustinendum cogitur metu
maioris mali, non autem cogitur ad maius malum ut uitet minus. Sed
 30 *inconstans cogitur ad maius malum propter metum minoris mali, sicut ad*
peccandum propter metum corporalis pene. Secundo differunt quantum ad
estimationem periculi imminetis, quia constans non cogitur nisi ex forti
estimatione et probabili, inconstans autem ex leui.

[5] Ex quo patet quod constans numquam cogitur ad committendum
 malum culpe propter malum pene uitandum, cum *malum culpe sit*
 35 *peius malo pene; set quia inter mala pene corporalis unum est | maius* M284ra
 altero, ideo constans cogitur ad sustinendum aliqua mala pene metu

maioris. Maxima autem mala pene *que ad personam pertinent*, sunt
Z190vb mors, uerbera grauia, | dehonestatio per stuprum et seruitus; ideo timore
K55vb istorum cogitur constans ad alia mala corporalia | sustinenda. Vnde uer-
O213v sus: | Stupri seu status uerberis atque necis. Quamuis enim infamia sit 40
magnum dampnum, tamen ei per multas uias occurri potest. Et ideo
secundum legem ciuilem timor infamie non continetur illo edicto quod
metus causa factum est.

[6] Hoc supposito tenetur communiter quod consensus coactus | per
Na115rb metum qui non cadit in constantem uirum, sufficit ad matrimonium. 45
 Si autem sit metus qui cadit in constantem uirum, sic est duplex modus
 dicendi: unus quod consensus sic coactus non sufficit ad matrimonium
 quoad iudicium ecclesie que presumit consensum interiorem defuisse,
 ex quo exterior coactio affuit; set quoad iudicium conscientie si
 consensus interior affuit, quantumcumque coactio exterior precesserit, 50
 censendum est uerum matrimonium propter interiorem consensum
 uerbis expressum. Istud autem non placet ALIIS, quia, ut dicunt, ecclesia
 non presumit aliquem peccasse, nisi per aliqua signa euidenter appareat.
L50va Si autem presumeret aliquem non consentire qui diceret se | consensisse,
P136va presumeret eum mentitum fuisse et ita peccasse, | quare etc. 55

[7] Alius modus est quod consensus sic coactus non sufficit ad matrimonium, | non propter hoc quod ecclesia | personam presumat coactam non consensisse, set quia iudicat talem consensum non sufficere ad contrahendum matrimonium. Cuius | ratio precipua est quia consensus qui est contra naturam matrimonii, non facit matrimonium, set potius impedit; consensus autem coactus est huiusmodi; ergo etc. Probatio minoris, quia de ratione matrimonii est quoad ius naturale et diuinum indiuisibilitas; set huic indiuisibilitati opponitur consensus coactus, quia secundum *IVRA* impetrat restitutionem in integrum. *V140rb*
M248rb
O214r

60 [8] Sunt etiam due alie persuasiones ad hoc. Vna est quia cum matrimonium sit uinculum perpetuum, obligatio ad matrimonium debet esse liberrima; set coactio impedit meram libertatem; ergo impedit matrimonium. Alia ratio est quia matrimonium significat coniunctionem Christi et ecclesie; set illa est ex mera libertate, quia non copulatur ecclesia Christo per caritatem nisi libere uolens, nec nature conformitate nisi mere libere consentiente; ergo matrimonium omnino debet esse liberum.

70 [9] Possunt autem hee due opiniones aliquo modo concordari. Si enim matrimonium sit contractus quidam habens rationem sacramenti solum ex eo quod est signum sacre rei, scilicet coniunctionis Christi et ecclesie, tunc potest dici quod consensus coactus non sufficit ad matrimonium contrahendum, nec secundum iudicium | conscientie, nec *O214v*

*E52rb**M284va*

secundum iudicium ecclesie, | quia ecclesia multa potest determinare circa contractus irritando uel approbando prout ratio dictat. Cum ergo ecclesia non reputet consensum coactum sufficere | ad alios contractus quin possint et debeant rescindi uel retractari, potest rationabiliter 80 determinare quod non sufficiat ad contractum matrimonii consensus coactus, cum uerum matrimonium separari non possit.

[10] Si autem matrimonium sit sacramentum stricte et proprie, ut baptismus, confirmatio et ordo, tunc uidetur quod consensus quantumcumque coactus sufficiat ad matrimonium contrahendum secundum iudicium tam conscientie quam ecclesie. Quod patet dupliciter, 85 primo sic: si matrimonium sit proprie et stricte sacramentum ut alia, idem iudicium debet esse de eo et de aliis; set intentio suscipiendi baptismum, confirmationem uel ordinem quantumcumque coacta sufficit ad uerum sacramentum; ergo consensus quantumcumque coactus sufficit ad matrimonium. 90

[11] Item inconstans eque cogitur per leuem metum, sicut constans per probabilem; neque enim hic et ibi est differentia in consensu coacto, set in motiuo, quia uirtuosus et constans non metuit ex leui estimatione, 95 *A154vb* | set forti et probabili, | inconstans autem leuiter metuit. Si ergo *O215r* matrimonium sit stricte sacramentum, ubi est consensus equaliter coactus, licet non ex equali causa, debet esse equaliter matrimonium; set equaliter cogitur inconstans per leuem metum, sicut uirtuosus et constans per probabilem; ergo debet equaliter censi matrimonium esse uel non esse, tam secundum iudicium conscientie quam ecclesie, quando con- 100

sensus est coactus per metum cadentem in constantem uirum et per metum cadentem in inconstantem. | Quod si ecclesia iudicet contrarium, *M284vb*
 non uidetur hoc facere nisi quia ubi est coactio per metum sufficientem, presumitur defuisse consensus, ut dicit prima opinio; ubi autem non
 105 | est talis metus, non presumitur talis consensus defuisse. Nec obstat *Na115va*
 quod | dicitur quod ecclesia non presumat aliquem peccasse nisi euidenter appareat, quia ecclesia quandoque presumit deteriorem partem *K56ra*
 propter anime periculum, ut notatur *E x t r a*, ‘De presumptionibus’.

[12] Ad primum argumentum dicendum quod non est simile de
 110 minis et blanditiis, quia inductio per minas dirimit consensum, inductio uero per blanditias auget. | *V140va*

[13] Ad secundum dicendum quod licet uoluntas coacta et uoluntarium mixtum magis sit uoluntarium quam inuoluntarium, ecclesia tamen iudicat talem consensum | non sufficere ad contractum *O215v*
 115 matrimonii. Et hoc quidem potest si matrimonium non sit stricte et proprie sacramentum, set contractus. Si autem sit stricte et proprie sacramentum, talis consensus sufficit quoad iudicium conscientie, set non sufficit quoad iudicium ecclesie, que presumit defuisse consensum.

<DISTINCTIO TRIGESIMA
QUESTIO PRIMA
VTRVM ERROR IMPEDIAT MATRIMONIVM>

[1] *Nec solum coactio* etc. Circa distinctionem istam primo queritur
Z191ra utrum error impediat | matrimonium. Et uidetur quod non, | quia 5
L50vb sicut requiritur consensus ad matrimonium, sic intentio ad baptismum;
set si quis intendat baptizare unum et baptizet alium, uel baptizari ab
P136vb uno et baptizetur ab alio, nichilominus est uerus baptismus; | ergo
M285ra similiter si quis consentiat contrahere cum una | credens aliam esse,
nichilominus erit uerum matrimonium. 10

[2] Item maximus error est error in fide; set ille non impedit ma-
trimonium; est enim uerum matrimonium si aliqua contrahat cum
uiro heretico quem credit catholicum; ergo nullus alius error impedit
matrimonium.

[3] Item *sicut matrimonium est quidam contractus, ita emptio* et uen- 15
ditio; *set in emptione et uenditione si detur aurum equiualens pro alio*
O216r *auro, non impeditur uenditio. Ergo nec matrimonium impeditur | si pro*
una muliere alia detur.

[4] In contrarium est, quia secundum legem ciuilem que habetur
 20 ff. 'De iurisdictione omnium iudicum', 'Si per errorem', nichil est tam
 contrarium consensui sicut error; *set consensus requiritur ad matrimo-*
nium; ergo error impedit ipsum.

[5] Responsio. Dicenda sunt duo: primum est quod | error impedit *E52va*
 matrimonium; secundum est quod non quilibet error impedit ipsum,
 25 *set error persone uel condicionis deterioris, ut cum quis liber contrahit*
cum ancilla quam credit esse liberam.

[6] Primum patet, quia illud quod impedit causam, impedit
 effectum; *set error impedit consensum qui est causa matrimonii; ergo*
impedit matrimonium. Maior patet. Minor probatur, quia cum con-
 30 *sensus sit actus uoluntatis, qui supponit actum cognitionis, quicquid*
impedit cognitionem, impedit consensum; set error impedit cognitio-
nem; ergo impedit consensum.

[7] Secundum patet, quia defectus in hiis que sunt essentialia ma-
 trimonio, impedit matrimonium, non autem defectus | in hiis que sunt *M285rb*

accidentalia; sic enim est circa quamlibet rem quod manentibus essen- 35
 tialibus, quantumcumque uariantur accidentalia, manet natura rei, non
 autem quando uariantur essentialia; set solus error persone et condicionis
 deterioris ponit defectum circa essentialia matrimonii, non autem error
O216v | fortune seu qualitatis; ergo solus error persone et condicionis deterioris
 impedit matrimonium. Minor patet, quia cum sit quadruplex error 40
 (personae, ut cum consentitur in unam et alia supponitur; condicionis,
 quando creditur libera que est serua; fortune, quando creditur diues que
 est pauper; qualitatis, quando creditur bona que est mala), solus error
 persone et condicionis deterioris est contra essentialia matrimonii. Mat-
 rimonium enim duo includit: personas que contrahunt, que sunt quasi 45
 materia coniunctionis matrimonialis, et obligationem mutuum, que
 est quasi forma per quam accipiunt potestatem in se inuicem. Contra
 primum est error persone. Contra secundum est error condicionis, quia
 uir et mulier in matrimonio ad paria obligantur; set ille qui est seruilis
 condicionis, non potest de corpore suo facere parem obligationem cum 50
V140vb illo qui est | libere condicionis; ergo error | condicionis deterioris sicut est
Na115vb seruitus, est contra naturam matrimonii. Dico autem ‘deterioris’, quia
O217r error condicionis | paris uel melioris non impedit matrimonium, ut si
 seruus contrahat cum serua quam credit liberam, uel si quis contrahat
 cum libera quam credit seruam, quia hic non habet locum ratio assignata. 55
K56rb | Error autem fortune uel qualitatis non est contra essentialia matrimonii,
M285va et ideo non impedit matrimonium. | Hec autem intelligenda sunt quando
 consensus est absolutus et uerba exprimentia ipsum sunt absoluta. Si
 uero consensus sit condicionatus et similiter uerba exprimentia ipsum

60 sint condicionata, tunc nullum est matrimonium condicionibus illis
 non extantibus, nec in iudicio anime, nec ecclesie. Si uero consensus
 sit condicionatus et uerba absoluta, iudicabit ecclesia matrimonium
 propter uerba. Set in foro conscientie iudicabitur nullum esse propter
 condicionatum consensum, qui nullus est non extantibus condicionibus.

65 [8] Ad primum argumentum dicendum quod non est simile de
 baptismo et matrimonio, quia baptismus habet efficaciam suam ex
 opere operato, propter quod sufficit ut baptizandus intendat baptizari,
 uel baptizans baptizare; set matrimonium est quedam obligatio | *O217v*
 uoluntaria contrahentium habens efficaciam ex consensu eorum, et
 70 ideo oportet quod consensus cadat super contrahentes in inuicem, non
 solum super contractum ipsum.

[9] Ad secundum dicendum quod error in fide non est contra
 essentialia matrimonii sicut error persone, | nisi error ille | causaret *A155ra*
 disparitatem cultus, sicut si contraheret christianus cum aliqua iudea *L51ra*
 75 uel gentili quam crederet esse christianam; et tunc error non esset
 principale impedimentum, set disparitas cultus. Si autem christianus
 contrahat cum heretica, | cum sint eiusdem cultus quoad obligationem *P137ra*
 propter baptismum communem, non est error qui sit contra essentialia
 matrimonii, nec in forma nec in materia, sicut error persone est
 80 defectus in materia.

[10] *Ad tertium dicendum quod pecunia in contractibus accipitur
 quasi mensura aliarum rerum, et non quasi propter se quesita, ut patet | M285vb*

ex V E t h i c o r u m. Propter quod *si non detur illa pecunia que creditur,*
E52vb *set equalis | ualoris, nichil obest contractui. Set si in re quesita propter se*
esset error, impediretur contractus, sicut si pro certo cippo aureo empto 85
O218r daretur alius nisi expresse | placeret ementi primum, quia tunc fieret
Z191rb quasi permutatio primi in secundum per nouum contractum | quod
 non est licitum in matrimonio.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM DECVERIT BEATAM VIRGINEM MATRIMONIO COPVLARI>

[A1-B1] Secundo queritur de matrimonio beate uirginis utrum
 decuerit eam matrimonio copulari. Et uidetur quod non, quia
quicumque consentit in matrimonium, consentit aliquo modo in carnalem 5
copulam; set talis consensus derogat uirginitati; ergo non decuit beatam
 uirginem que uirginitatem uouerat, matrimonio copulari.

[A2-B2] Item secundum *HIERONYMVM uouentibus uirginitatem*
non solum nubere, set uelle nubere dampnabile est; set nichil dampna-
bile fuit in beata uirgine; ergo beata uirgo que uirginitatem uouit, non 10
debit nubere.

[A3-B3] In contrarium est quod dicitur *Matth. 1.*, cum esset desponsata, etc. Et idem habetur in *Glossa*.

[A4-B4] Responsio. Dicenda sunt duo: primum est quod beata uirgo uirginitatem uouit; secundum est quod absque preiudicio uoti uirginitatis nubere potuit.

[A5-B5] Primum patet sic, quia in beata uirgine debuit summa perfectio apparere. Dicit enim ANSELMVS: *Decuit ut illius hominis conceptio ex purissima matre fieret, que | ea puritate niteret quam sub Deo* O218v
 20 *maior nequit intelligi*; uirginitas autem preferatur matrimonio dicente | APOSTOLO C o r. 7: *Qui nubit bene facit, qui non nubit melius facit*; VI41ra
 uirginitas etiam seruata ex uoto preferatur uirginitati absque uoto, ut infra patebit, ergo beata uirgo uirginitatem seruare debuit et ex uoto. | M286ra

[A6] Dicunt autem QUIDAM
 25 *quod beata Maria uirginitatem uouit non simpliciter, set sub condicione, scilicet* hac: “Nisi Deus aliter ordinaret”; quod licet uirginitas preferatur
 30 matrimonio absolute loquendo, *tamen matrimonium tempore*

*illo ei preferebatur propter
 expectationem benedicti seminis.*
 Et ideo beata uirgo uirginitatem
 uouit tamquam sibi aptissimam, 35
 non tamen simpliciter, set sub
 condicione honestissima, ea scilicet
 que dicta est: *Nec condicionem
 apposuit ut dubitaret an uellet
 uirgo permanere, set an deberet.* 40
 Istud autem non oportet
 dicere, quia illa condicio non
 tollit quin uotum uirginitatis
 fuerit factum simpliciter.
 Cuius ratio est quia generalis et 45
 necessaria condicio que in omni
 promissione intelligitur, etiam
 si non exprimatur, non facit
 promissionem condicionatam
 (alioquin nulla promissio esset 50
 absoluta, nec aliquod uotum);
 set generalis et necessaria
 condicio que intelligitur in
 omni promissione et uoto est “si
 Deus uoluerit”, et pari ratione, 55
 “nisi Deus oppositum iusserit”.
 Ergo talis condicio non fecit
 quin uotum uirginitatis esset
 simpliciter emissum. Quod
 ergo dicitur quod tempore illo 60
 preferebatur matrimonium
 uirginitati ratione benedicti
 seminis expectati, non uidetur,
 cum expresse probatum esset
 Christum nasciturum miraculose 65

de uirgine, Ysa. 7: *Dominus ipse dabit nobis signum. Ecce uirgo concipiet et pariet filium*, quare etc. Dicendum ergo quod beata

70 uirgo uirginitatem simpliciter uouit, sicut et angelo dixit: *Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco*, idest me non cognoscituram promisi.

75 [A7] Secundum patet, quod absque preiudicio uoti sui contrahere potuit, quia nichil est in matrimonio quod obstat uoto uirginitatis nisi
80 copula carnalis; set de illa non consecutura beata uirgo diuina reuelatione certificata fuit; ergo sine preiudicio uoti sui potuit contrahere matrimonium. Et hoc
85 est quod dicit MAGISTER in litera, *Mariam et Ioseph sic consensisse in coniugalem societatem ut uterque de altero reuelante Spiritu sancto intelligeret quod uirginitatem*
90 *seruare uellet.*

[B6] Secundum patet, quod absque preiudicio uoti sui contrahere | potuit, et hoc potest dupliciter saluari. |

Na116ra
K56va

Vno modo dicendo quod ante matrimonium beata uirgo habuit propositum seruandi uirginitatem, set non uouit, set subiecit se diuine dispositioni contrahendo matrimonium habens quidem uirginitatem in proposito tamquam sibi acceptissimam, non tamen simpliciter, set sub condicione honestissima, scilicet nisi Deus aliter ordinaret. Et sic non fecit contra uotum,

[A8] Vel potest dici quod ante matrimonium beata uirgo habuit propositum seruandi uirginitatem, set non promisit, set subiecit se diuine dispositioni contrahendo matrimonium habens quidem uirginitatem in proposito tamquam sibi acceptissimam, non simpliciter, *O219r* set sub condicione honestissima, nisi Deus aliter ordinaret. Et sic non fecit contra uotum cum uotum non emisisset, quod emisit post contractum matrimonium, certificata quod Ioseph uolebat in simili proposito permanere. Et hoc uidetur intentio AVGVSTINI que recitatur 27 q. 2 cap. ‘Sufficiat’.

cum uotum non emisisset quod emisit post contractum matrimonii, certificata quod Ioseph in simili proposito uolebat permanere. Et hec uidetur intentio AVGVSTINI 95 que recitatur 27, q. 2. cap. ‘Sufficiat’, ‘Cum ergo inter istos’.

[B7] Alio modo potest saluari dicendo quod ante matrimonium uouit, set | diuina reuelatione certificata fuit de carnali copula non subsecutura Et quia sola copula carnalis obsistit uoto uirginitatis, ideo sine preiudicio uoti sui potuit post dictam reuelationem 100 contrahere. Et hoc est quod dicit MAGISTER in litera, *Mariam et Ioseph sic consensisse in coniugalem societatem, ut uterque de altero reuelante spiritu sancto 110 intelligeret quod uirginitatem seruare uellet.*

[A9-B8] Ad argumenta patet solutio, quia consentire in matrimonium peccatum est hiis qui uirginitatem uouerunt, nisi

115 expresse certificati essent de carnali copula non subsecutura. Et sic procedunt argumenta, aliter non. Beata autem uirgo certificata fuit per Spiritum sanctum quod inter ipsam et Ioseph non sequeretur carnalis copula; ideo sic contrahere matrimonium non fuit in preiudicium uoti sui.

<DISTINCTIO TRIGESIMA PRIMA
 QUESTIO PRIMA
 VTRVM MATRIMONIVM INDIGEAT ALIQVIBVS BONIS
 EXCVSANTIBVS IPSVM>

P137rb [1] *Post hec de bonis matrimonii.* Circa distinctionem istam primo 5
K56vb queritur | utrum matrimonium indigeat aliquibus bonis excusantibus
M286rb ipsum. | Et uidetur quod non, quia *matrimonium institutum est in*
L51rb officium nature et in remedium concupiscentie; *set secundum quod est*
O219v in officium | nature, *non indiget* aliquo excusante (*sic enim fuisset in*
paradiso durante statu innocentie quando *fuissent nuptie honorabiles et* 10
thorus immaculatus secundum *AVGVSTINVM*); *nec secundum quod est in*
E53rb remedium, indiget excusatione, *sicut nec alia sacramenta* | *que sunt in*
Z191v remedium | *peccati instituta*; ergo etc.

A155rb [2] Item sicut intentio | nature est ad conseruationem indiuidui,
 ita ad conseruationem speciei; set actus quo conseruatur indiuiduum, 15
 non indiget aliquo excusante, ut comedere; ergo actus matrimonii quo
 conseruatur species, non indiget excusari.

[3] In contrarium est quia omne quod est malum uel habet speciem mali, indiget excusatione ad hoc, ut licite possit fieri; set omnis actus
 20 carnalis uel est malus uel habet speciem mali, cum omnes huiusmodi actus sint unius rationis in genere nature; ergo ad hoc ut licite possit fieri, indiget aliquo excusante.

[4] Responso. Intelligendum est quod aliquis actus potest excusari dupliciter. Vno modo ex parte facientis et non ex parte actus, et sic
 25 excusatur actus qui non imputatur facienti ad culpam, quamuis secundum se sit malus; et hoc modo | aliqua ignorantia excusat facientem *O220r*
 a peccato etiam in toto. Et de hac excusatione non loquimur, quia de ea satis dictum est in secundo libro. | Alio modo dicitur excusari actus *V141rb*
 secundum se, ita quod non sit malus, et de hac nunc querimus. Dicendum ergo quod matrimonium habet aliqua bona excusantia ipsum;
 30 secundo uidendum est que et quot sunt.

[5] Quantum ad primum | sciendum est quod actus qui de se est *M286va*
 malus, non potest excusari; actus uero qui est de se bonus, non indiget excusari; set actus qui est indifferens, excusari potest et excusatione
 35 indiget. Primum patet, quia actus qui non potest bene fieri, non potest excusari (loquimur enim de totali excusatione actus secundum se, ita ut sit bonus); set actus qui est de se malus, ut furtum uel periurium, non potest bene fieri; ergo non potest excusari. Secundum patet, quia

nichil indiget excusatione nisi quod est malum uel habet speciem mali;
Na116rb | set actus qui est de se bonus, ut honorare parentes uel dare elemosy- 40
 nam indigenti, non est talis; ergo non indiget excusari. Relinquitur
O220v ergo tertium, quod actus qui est indifferens | ex genere suo, qui potest
 bene et male fieri, possit excusari cum non sit de se malus, ex quo po-
P137va test bene fieri, et indigeat excusatione, cum habeat | speciem mali, pro
 eo quod idem secundum speciem nature male fit quandoque. Ea autem 45
 que excusant talem actum, scilicet indifferentem, sunt circumstan-
 tie finis et obiecti et huiusmodi que talem actum trahunt ad medium
 uirtutis. Cum igitur actus carnalis sit ex genere suo indifferens et possit
 bene et male fieri, relinquitur quod ad hoc, ut bene fiat, oportet quod
 informetur debitis circumstantiis, quod fit per matrimonium; propter 50
 quod bona matrimonii excusant carnalem actum.

[6] Quantum ad secundum principale, que sunt illa bona et quot,
 dicitur communiter quod hec sunt fides, proles et sacramentum, quo-
 rum numerus et sufficientia potest sumi multipliciter. Vno modo sic:
 bona que excusant aliquem actum, sunt circumstantie que trahunt ip- 55
M286vb sum | ad medium rationis; ille autem sunt quando fit propter debitum
O221r finem et cadit super debitam | materiam et concurrit conueniens dis-
 positio materie, sicut in artificialibus cultellus fit debito modo quando
 fit ad scindendum et fit de materia dura, puta de calibe uel ferro, et
 accipit formam ad scindendum aptam. Actus autem carnalis fit prop- 60
 ter debitum finem quando fit causa prolis; etiam cadit super debitam
 materiam quando quis accedit ad suam, quod pertinet ad bonum fidei;

materia etiam est conuenienter disposita quando sunt adstricti perpetuo uinculo, ut fuit declaratum supra distinctione 26. Et hoc pertinet ad
 65 sacramentum, scilicet indiuisibilitas coniugum; bonum enim sacramenti non accipitur hic sola significatio coniunctionis Christi et ecclesie, set indiuisibilitas que est in matrimonio consummato, | sicut unio Christi *K57ra* et ecclesie quoad naturam assumptam fuit indissolubilis. Igitur fides, proles et sacramentum sunt bona excusantia | matrimonium. *E53rb*

70 [7] Secundo modo sumitur sic: matrimonium est in officium nature (unde ad ipsum natura inclinatur) et in fedus societatis | humane | (et sic *L51va* a iure positio determinationem recipit et recta ratio ipsum dictat), *O221v* et est etiam sacramentum ecclesie (et sic ius diuinum de matrimonio determinat). Quantum ad primum bonum matrimonii est proles;
 75 quantum ad secundum fides; quantum ad tertium sacramentum.

[8] Tertio modo sic: *in matrimonio est considerare uinculum, usum et fructum. Quantum ad primum bonum matrimonii est sacramentum, hoc est indiuisibilitas; quantum ad secundum fides; quantum ad tertium proles.* | *M287ra*

80 [9] Ad primum argumentum dicendum quod actus carnalis, secundum quod est in officium nature, indiget excusatione, cum | indifferenter se habeat ad actum matrimonii et fornicationis. Excusatur autem *V141va* per circumstantias que trahunt eum ad hoc quod sit actus matrimonii; et ille circumstantie sunt bona fidei, prolis et sacramenti, quibus actus
 85 carnalis etiam tempore innocentie redditus fuisset bonus. Quod autem

non dicatur pro tempore illo indiguisse excusatione, pro tanto est, quia durante statu illo non erat possibile actum carnalem illis circumstantiis carere sicut modo.

[10] Ad secundum dicendum quod actus comestionis quo conseruatur indiuiduum, indiget debitis circumstantis quibus reddatur bonus, set non adeo ut actus generationis, quia | non est tam uehemens delectatio absorbens rationem | in comedendo sicut est in actu carnali. Et ideo hic actus magis indiget excusari quam alius etc.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM PREDICTA BONA SINT DE NECESSITATE
MATRIMONII>

[1] Secundo queritur utrum predicta bona sint de necessitate matrimonii. Et uidetur quod sic, quia aut ista bona *sunt* essentialia matrimonio aut non. *Si sic*, habetur propositum; | *si non, contra: condicio apposita contra accidentalibus contractibus non uitiat contractum*; set condicio apposita | in matrimonio contra quodlibet predictorum uitiat matrimonium; ergo predicta bona non sunt accidentalibus matrimonio, set essentialia. 5

[2] Item illud sine quo matrimonium non est bonum, est de essentia matrimonii, eo quod nullum uerum matrimonium potest esse 10

malum, ut habetur ab AVGVSTINO in l i t e r a ; set sine istis bonis mat-
 rimonium non est bonum, set malum, quia malum est priuatio boni
 15 debiti in esse; hec autem bona debent esse in matrimonio; ergo uidetur
 | quod hec sint essentialia matrimonio. *M287rb*

[3] In contrarium est quia inter infideles, steriles et adulteros est
 uerum matrimonium; set in matrimonio infidelium non est sacramen-
 tum, in matrimonio sterilium non est proles, in matrimonio adultero-
 20 rum non est fides; ergo sine istis potest esse uerum matrimonium; non
 sunt ergo essentialia matrimonio.

[4] Responso. Videnda sunt duo: | primum est qualiter hec bona *O222v*
 sint matrimonio essentialia; secundum est quid eorum sit principa-
 lius. Quantum ad primum sciendum est quod duo horum, scilicet
 25 bonum fidei | et prolis, possunt dupliciter accipi, scilicet secundum *P137vb*
 executionem et secundum obligationem. Si secundum executionem,
 sic non sunt essentialia matrimonio. Cuius ratio est quia illud quod
 competit matrimonio ratione actus solum, non est ei essentielle; actus
 enim matrimonii posterior est matrimonio, posteriora autem non sunt
 30 essentialia prioribus. Set bonum fidei et prolis accepta secundum exe-
 cutionem conueniunt solum matrimonio quoad eius actum, ergo non
 sunt essentialia matrimonio.

[5] Si autem accipiantur secundum obligationem, sic sunt essen-
 tialia matrimonio, quia ipsum matrimonium non est aliud quam obli-
 35 gatio uiri ad uxorem et econuerso ad fidelitatem thori et ad susceptio-

nem et educationem prolis, si contingat eam habere. Bonum autem sacramenti, quod est indiuisibilitas matrimonii, semper respicit matrimonium secundum se ipsum prout est quoddam uinculum, et ideo semper est essenziale matrimonio.

- O223r* [6] Quantum ad secundum, scilicet quid horum sit | principalius, 40
M287va dicendum quod aliquid dicitur | in re aliqua principalius dupliciter:
 uno modo, quia dignius. Et sic bonum sacramenti est principalius inter bona matrimonii in quantum bonum sacramenti non solum includit indissolubilitatem, set significationem indiuisibilis coniunctionis Christi et ecclesie. Cuius ratio est quia condiciones gratie digniores 45
V141vb sunt | condicionibus nature; set bonum sacramenti ratione | qua est
E53va signum, est condicio pertinens ad gratiam, alia autem duo pertinent ad matrimonii naturam; ergo bonum sacramenti est dignius quam alia duo, et sic principalius. Set bonum sacramenti sic acceptum, scilicet ut signum, non est essenziale matrimonio et nec intrinsecum. 50
- K57rb* [7] Alio modo dicitur aliquid principalius, quia inter | essentialia est dignius et melius. Et sic bonum fidei et bonum prolis, accepta secundum executionem, cum non sint essentialia matrimonio, non |
L51vb pertinent ad eius dignitatem. Accepta autem secundum obligationem pertinent. Et tunc inter omnia bona essentialia matrimonio principalius uidetur esse bonum prolis. Cuius ratio est quia finis principalior est hiis que sunt ad finem; set obligatio ad indiuisibilitatem matrimo- 55

nii, secundum quam attenditur bonum sacramenti, et obligatio | ad *O223v*
 fidelitatem thori, secundum quam attenditur bonum fidei, ordinatur
 60 finaliter ad obligationem, que est ad suscipiendam prolem et educan-
 dam, si eam habere contingat; ergo bonum prolis est principalius inter
 bona essentialia matrimonii tamquam finis aliorum.

[8] Ad primum argumentum dicendum quod bonum prolis et fidei
 accepta secundum obligationem sunt essentialia matrimonio, non au-
 65 tem accepta secundum | executionem; nec tamen in matrimonio po- *M287vb*
 test apponi condicio contraria executioni, quia tolleret obligationem
 per quam accipitur potestas ad executionem.

[10] Ad secundum patet per idem, quia predicta bona non sunt
 debita esse in matrimonio, nisi quatinus respiciunt obligationem, et sic
 70 numquam desunt, set solum quoad executionem tantum.

<QVESTIO TERTIA

VTRVM FIDES, PROLES ET SACRAMENTVM SVFFICIENTER
 EXCVSENT ACTVM CONIVGALEM>

[1] Tertio queritur utrum predicta bona sufficienter excusent actum
 5 coniugalem, ita ut nullo modo sit peccatum. Et uidetur quod non, quia
uerecundia non est nisi de turpi secundum DAMASCENVM et PHILOSOPHVVM

IV Ethicorum. *Set predicta bona non tollunt* a matrimonio predictam uerecundiam; ergo nec turpitudinem, que uidetur includere culpam. Mala enim pene sunt tristia, set | mala | culpe turpia.

O224r
Na116vb [2] Item ubicumque est passio inordinata, ibi est peccatum; set hec 10
tria bona non possunt tollere ab actu matrimonii inordinationem passionis; semper enim est ibi superhabundantia delectationis absorbens rationem; ergo semper est ibi peccatum.

[3] In contrarium arguitur, quia usus matrimonii ad id ad quod matrimonium est concessum, uidetur esse bonus et licitus; set ma- 15
trimonium est concessum ad uitationem fornicationis, ut patet per APOSTOLVM I ad Co r. 7: *Propter fornicationem unusquisque suam habeat*; ergo usus matrimonii ad uitandam fornicationem est licitus. Set tunc non concurrat aliquod de predictis bonis; ergo absque hiis actus matrimonii est licitus. 20

M288ra [4] Item *qui utitur re sua ad libitum, non facit contra iustitiam et sic non peccat, ut uidetur; set per matrimonium | uxor efficitur res uiri et econuerso; ergo si se inuicem ad libitum utantur etiam propter solam delectationem, non uidetur esse peccatum. Et sic idem quod prius.*

[5] Respondeo. Dicenda sunt duo: primum est qualiter predicta 25
O224v bona excusent actum matrimonii | ut non sit peccatum; secundum est

| an sine hiis actus matrimonii possit a peccato excusari. Quantum ad *P138ra*
 primum intelligendum est quod inter tria bona matrimonii solum duo
 respiciunt matrimonii actum, scilicet bonum fidei et prolis; bonum
 30 enim sacramenti respicit solum uinculum | matrimonii et non actum. *Z192ra*
 Et ideo si actus matrimonii habeat per bona matrimonii excusari, hoc
 erit per illa duo tantum.

[6] Quod autem per illa duo sufficienter excusetur, ita ut nullum sit *V142ra*
 peccatum quando coniuges conueniunt causa prolis procreande uel ut
 35 sibi inuicem debitum reddant, quod ad fidem thori pertinet, probatur
 tripliciter. Primo sic: illa res non est bona cuius usus per se non est
 bonus; set usus per se matrimonii est quando conueniunt coniuges
 propter aliquam predictarum causarum; ergo si iste usus numquam
 esset bonus, matrimonium numquam esset bonum. Hoc autem falsum
 40 est; ergo etc.

[7] Secundo sic: nullus actus malus potest cadere sub precepto; | set *A155vb*
 actus matrimonii causa prolis procreande uel debiti reddendi cadit sub
 precepto | (quoad primum enim dicit DOMINVS G e n. 1 et 9: *Crescite et E53vb*
multiplicamini, | quoad secundum uero dicit APOSTOLVS ad C o r. 7: *O225*
 45 *Vxori uir debitum reddat, similiter autem et uxor uiro*); ergo talis actus
 nullo modo est peccatum.

[8] Tertio sic: omne | peccatum est deuiatio ab aliqua lege recte *M288rb*
 posita naturali, humana uel diuina; set quod coniuges conueniant

K57va propter alteram dictarum causarum, non est contra legem naturalem, |
 humanam aut diuinam, set potius omnis lex recte posita hoc approbat; 50
 ergo nullo modo est peccatum. Hoc autem intelligendum est quando
 in actu matrimonii non est alius abusus, siue quoad locum, siue quoad
 tempus, siue quoad modum, quia defectus in quocumque istorum
L52ra poneret in actu | matrimonii rationem peccati, cum bonum sit ex tota
 causa, malum autem ex particularibus defectibus. 55

[9] Quantum ad secundum, scilicet an sine predictis possit actus
 matrimonii a peccato totaliter excusari, aduertendum quod coniuges
 possunt conuenire aut causa solius delectationis aut propter uitandam
 fornicationem. Si conueniant ratione solius delectationis, sic dicunt
 QUIDAM quod querere in actu matrimonii delectationem principaliter 60
O225v | est peccatum mortale, set delectationem concomitantem acceptare
 est peccatum ueniale, eam autem odire est perfectionis. Set istud
 non uidetur, quia querere principaliter delectationem in actu quo
 conseruatur indiuiduum, scilicet in comestione, non est semper
 peccatum mortale; ergo similiter querere delectationem in actu 65
 matrimonii quo conseruatur species, non est semper peccatum mortale.

[10] Item secundum PHILOSOPHV M X Ethicorum idem est
 iudicium de delectatione et operatione, quia operationis bone est

delectatio bona et male mala; igitur ex bonitate uel malitia operationis
 70 est bonitas uel malitia delectationis | et non econuerso. Cum ergo actus *Na117ra*
 matrimonialis non sit per se peccatum mortale, querere delectationem
 in ipso non faciet quod sit peccatum mortale.

[11] Ideo dicitur | aliter et melius quod delectatio que queritur in *M288va*
 actu matrimonii aut excedit fines eius, ut cum quis uult delectari in
 75 coniuge attendens solum quod est mulier, idem paratus facere si non
 esset coniunx, et tunc est | peccatum mortale, quia omnis actus carnalis *O226r*
 extra limites matrimonii est peccatum mortale. Talis autem est actus in
 quo queritur delectatio in coniuge, non quia coniunx, set quia mulier;
 ergo etc. Et in hoc casu loquitur HIERONYMVS, et habetur in *l i t e -*
 80 *r a* quod *uoluptates que de meretricum amplexibus capiuntur in coniuge,*
dampnande sunt. Si autem queratur delectatio infra limites matrimo-
 nii, quia non quereretur in alia quam in coniuge, sic est peccatum, set
 ueniale tantum. Cuius ratio est quia abusus rei non est sine peccato
 saltem ueniali; set querere actum propter delectationem coniunctam
 85 actui est abusus, cum delectatio sit propter actum, non actus propter
 delectationem; ergo est ibi peccatum saltem ueniale. De mortali autem
 non uideo quod sit ibi, cum non contrarietur alicui precepto quod
 ordinet nos in Deum uel in proximum.

V142rb [12] Si autem coniuges | conueniant propter fornicationem
uitandam, sic dicitur communiter quod aliquis potest per actum ma- 90
P138rb trimonii intendere uitationem fornicationis | in altero uel in se ipso:
Si in altero, sic non peccat, quia hoc est quedam redditio debiti que
O226v pertinet ad bonum fidei, et tunc est ibi unum de bonis | matrimonii.
Si autem intendat uitare fornicationem in se ipso, sic est peccatum
ueniale, quia hoc non prouenit nisi ex superhabundantia passionis; su- 95
perhabundantia autem et defectus sunt peccata in moribus.

M288vb [13] Set ista | sunt dubia. Primum scilicet, quia plus tenetur quilibet
sibi quam alii; si igitur actus matrimonii propter uitandam fornicatio-
nem in alio caret omni peccato, fortiori ratione, ut uidetur, carebit culpa
quando fit propter uitandam fornicationem in se ipso. Nec obstat quod 100
dicitur quod tunc est redditio debiti que pertinet ad bonum fidei, quia
redditio debiti non habet locum nisi quando debitum petitur expresse
uel interpretatiue. Set si uir sciat coniugem temptari de alio quam de
ipso et ob uitandam fornicationem in ea accedat ad ipsam, non peccat. Et
E54ra tamen ipsa debitum non petit, nec directe nec interpretatiue, set solum | 105
temptatur de altero; ergo tunc non habet locum redditio debiti.

[14] Quod secundo dicitur quod actus matrimonii peccatum est
quando ordinatur ad uitandam fornicationem in se ipso propter ha-
O227r bundantiam passionis, non cogit, quia passio non est superhabundans |
K57vb ita ut | sit uitiosa, nisi subuertat iudicium rationis; sic autem non est in 110

- proposito, quia passio preter iudicium rationis non inclinat ad actum sic ut ex ea sine ratione sequatur actus, set potius ratio imperat ipsum circa materiam debitam ad reprimendam | passionem ne passio tantum
Z192rb
 preualeat ut inclinet ad aliquid illicitum circa materiam indebitam.
- 115 Dato etiam quod passio esset uitiosa, quia forte insurrexit preter iudicium rationis, tamen non sequitur quod actus sequens sit uitiosus qui non imperatur a passione, set a ratione | uolente corrigere quod omisit.
M289ra
- [15] Et ideo uidetur aliis quod probabiliter possit teneri quod actus matrimonii quando fit | causa uitande fornicationis in se ipso non sit
L52rb
 120 peccatum, quia actus qui non est de se malus et ordinatur in finem bonum, nullum est peccatum; set actus matrimonii de se non est malus, ordinatur autem in finem bonum quando fit propter uitandam fornicationem; ergo tunc nullum est peccatum.
- [16] Si dicatur quod ad bonitatem actus non sufficit | bonitas finis
Na117rb
 125 nisi | concurrat bonitas aliarum circumstantiarum que debent actui
O227v
 inesse, et hee respectu actus matrimonii sunt intentio prolis uel redditio debiti, que non concurrunt quando actus matrimonii fit propter solam uitandam fornicationem; item uitatio fornicationis non est principalis finis matrimonii, set generatio prolis, et ideo intentio eius non
- 130 uidetur sufficere ad bonitatem actus: et dicendum ad hoc | quod ad
A156ra
 bonitatem actus matrimonii non semper requiritur redditio debiti, quia sine hoc licitum est conuenire intentione prolis; nec semper requiritur

intentio proles, quia ubi proles non speratur, puta in uxore sterili
 uel que iam concepit, actus licitus est, si debitum petatur. Ergo hee
 circumstantie non sunt simul necessarie ad bonitatem actus, nec etiam 135
 sub disiunctione, ut semper sit necessarium alteram inesse, quia quando
 aliquis actus ordinatur ad plures fines quorum unus est principalior
 M289rb altero, si finis principalis non est possibilis, sufficit ad | bonitatem actus
 quod ordinetur ad finem secundarium; set actus matrimonii ordinatur
 ad generationem proles ut ad finem principalem, et ad uitationem 140
 O228r fornicationis ut ad finem secundarium; et ideo ubi finis | principalis
 non est possibilis, ut in supradictis casibus uel consimilibus, sufficit,
 V142va | ut uidetur, quod actus ordinetur ad finem secundarium, scilicet ad
 uitationem fornicationis. Et sicut actus est licitus quando ordinatur
 ad generationem proles etiam si debitum non petatur, ita uidetur esse 145
 licitus quando ordinatur ad finem secundarium quando principalis
 finis non est possibilis, etiam si debitum non petatur. Si autem finis
 principalis esset possibilis et ad ipsum actus non ordinaretur, uideretur
 quod actui deesset circumstantia ei principaliter debita et sic esset
 uitiosus. Quod autem dicit AVGVSTINVS in l i t e r a *quod incontinentie* 150
malum est quod uir cognoscit uxorem ultra necessitatem procreandi filios,
 intelligendum est quando facit non intentione uitandi incontinentiam,
 set satisfaciendi uoluptati, sicut ipse AVGVSTINVS postea dicit: *Qui ultra*
necessitatem progreditur, non rationi, set libidini obsequitur; et infra:

155 *Quid secundum ueniam concedit Apostolus, nisi quod coniuges | debitum P138va*
carnis exposcant non propaginis uoluntate, set libidinis uoluptate. Et hoc
 | quidem peccatum est, licet ueniale. *O228v*

[17] Ad primum argumentum dicendum quod uerecundia non
 solum est de turpitudine pertinente ad culpam, set de ea que habet
 160 speciem culpe. Et talis | est actus matrimonii, eo quod est eiusdem *M289va*
 nature in specie cum actu fornicationis. Erubescencia etiam non solum
 est de talibus, set de omnibus defectibus etiam naturalibus.

[18] Ad secundum *dicendum quod superhabundantia passionis que*
facit uitium, non accipitur secundum absolutam | intentionem ipsius, E54rb
 165 *set secundum proportionem ad rationem. Vnde tunc solum passio reputa-*
tur immoderata, quando limites rationis sibi prefixos excedit. Delectatio
autem que est in actu matrimonii, quamuis sit intensissima secundum se,
tamen non excedit limites rationis sibi prefixos, cum non queratur | nisi K58ra
 in coniuge et propter debitum finem.

170 [19] Primum argumentum in oppositum potest concedi. Ad se-
 cundum dicendum quod cum una circumstantia non sufficiat ad bo-
 nitatem actus, non oportet quod qualitercumque quis utatur re sua,
 quod usus semper sit bonus, nisi concurrant omnes circumstantie que
 debent inesse. Hoc autem non est | quando quis utitur uxore sua solum *O229r*
 175 ad delectationem.

<DISTINCTIO TRIGESIMA SECVNDA

QUESTIO PRIMA

VTRVM QVILIBET CONIVGV M TENEATVR ALTERI AD REDDITIONEM
DEBITI EX NECESSITATE PRECEPTI>

[1] *Sciendum est etiam* etc. Circa distinctionem istam primo queritur 5
utrum quilibet coniugum teneatur alteri ad redditionem debiti ex
necessitate precepti. Videtur quod non, quia *matrimonium ordinatur*
ad procreationem prolis et educationem et ad communicationem operum
Na117va uite, | ut habetur in VIII *Ethicorum*; *set lepra est contra utrumque*
finem matrimonii, quia frequenter transmittitur a parente in prolem; 10
L52va quod coniugi leproso ille qui | *sanus est, non teneatur cohabitare nec*
debitum reddere.

M289vb [2] Item *sicut sunt aliqua loca* | *sacra, quia deputata sunt sacris, ita*
sunt aliqua tempora sacra propter eandem rationem; set in loco sacro non 15
tenetur uir uxori reddere debitum nec econuerso; ergo nec in tempore
sacro; non ergo semper tenentur sibi coniuges ad redditionem debiti.

[3] In contrarium arguitur: *sicut seruus est in potestate domini, sic*
unus coniugum in potestate alterius quoad redditionem debiti, quia *uir*

20 *non habet potestatem corporis sui, | set mulier, ut dicitur I ad Cor. O229v*
7; set seruus tenetur ex necessitate precepti domino suo reddere debitum
seruitutis; | ergo et unus coniugum ex necessitate precepti tenetur | alteri Z192va
reddere debitum. VI42vb

[4] Responsio. Videnda sunt tria: primum est an ex precepto
 25 teneatur quilibet coniugum alteri reddere debitum; secundum est an
 ab hoc precepto possit aliquis excusari propter periculum persone sue;
 tertium est an possit excusari propter statutum ecclesie.

[5] Quantum ad primum dicendum est quod quilibet coniugum
 tenetur alteri ex necessitate precepti ad redditionem debiti. Cuius ra-
 30 tio est quia sicut est contra iustitiam alienum accipere inuito domino,
 ita contra iustitiam est alienum petenti non reddere, nisi contra hoc
 legitima exceptio habeatur; set primum est peccatum mortale, ergo et
 secundum. Set corpus unius coniugum est res alterius quoad actum
 matrimonii secundum illud I ad Cor. 7: *Vir non habet potestatem*
 35 *corporis sui, set mulier;* ergo quicumque coniugum negat alteri petenti
 corpus suum quoad actum matrimonii, peccat mortaliter, nisi habeat
 legitimam causam negandi. Potest | autem peti debitum directe per *M290ra*
 | expressa uerba uel interpretatiue per aliqua signa. Et quocumque *O230r*
 istorum modorum petatur, necesse est reddere sic petenti, nisi subsit
 40 legitima causa negandi, ut dictum est.

[6] Quantum ad secundum dicendum est quod cum ex redditione
 debiti imminet periculum reddenti, nullus tenetur reddere debitum al-

teri quantumcumque petenti. Quod patet dupliciter; primo ex ordine nature sic: natura magis inclinat unumquodque indiuiduum ad conseruationem sui quam ad multiplicationem speciei; unde et nutritiua 45 que pertinet ad conseruationem indiuidui, non ministrat generatiue, que pertinet ad multiplicationem speciei, nisi illud quod superfluit nutritioni (semen enim est de superfluo alimenti); set coniuges non obligantur ad inuicem nisi quoad actum generatiue, per quam species conseruatur; ergo ad hunc non obligantur nisi supposita incolumitate 50
E54va proprii subiecti. Si ergo redditio | debiti uergat in periculum persone, utpote quia probabiliter timetur de infirmitate, non tenetur uxori uir debitum reddere, similiter nec uxor uiro. Secundo patet idem | ex ordine caritatis, que naturam perficit, quia secundum ordinem caritatis
O230v quilibet plus tenetur sibi quam alii. Si ergo redditio | debiti uergat in
P138vb periculum persone proprie, non tenetur quis alteri debitum reddere. Et istud omnes concedunt sic stando in terminis generalibus.

[7] Set descendendo ad casum particularem, puta quando alter
A156rb coniugum est leprosus, utrum ille qui sanus est teneatur ei | reddere
M290rb debitum, est diuersitas. *GAVFRIDVS* enim | *dicit in | Summa sua quod* 60

coniugi leproso manenti separatim tenetur coniunx sanus non solum de- K58rb
 bitum reddere, set *cohabitare*; *manenti* uero non separatim, set *commu-*
niter cum aliis leprosis, non tenetur cohabitare, set debitum reddere. ALII
 uero dicunt | *quod coniunx sanus coniugi leproso tenetur debitum reddere,* Na117vb
 65 *set non cohabitare; set sufficit quod maneat prope locum eius, ut alius suo*
 debito non fraudetur. *Ratio huius est, quia in redditione debiti que fit*
ad horam, non est magnum periculum infectionis, quod | tamen esset in O231r
cohabitatione assidua. Et hec opinio uidetur rationabilior.

[8] Verumtamen neutra istarum habet ueritatem, nisi supposito
 70 quod ex cohabitatione uel redditione debiti non immineat sano pericu-
 lum infectionis; quo supposito loquuntur iura de ista materia: E x t r a,
 ‘De coniugio leprosorū’, cap. 2. Vtrum autem ex redditione debiti
 immineat periculum infectionis, querendum esset a medicis et creden-
 dum eis (*unusquisque enim in arte sua sapiens est, ut dicitur E c c l i.*
 75 38; | hoc autem | scire pertinet ad artem medicine, cuius est consid- VI43ra
 erare sanum et egrum). Dicunt autem medici quod uiro accedenti ad L52vb
 mulierem leprosam imminet probabiliter periculum infectionis multo
 magis quam mulieri si cognoscatur a uiro leproso. Quod patet, quia
 maius periculum lepre imminet uiro accedenti ad mulierem leprosam
 80 quam ad cognitam a leproso; set uiro accedenti ad mulierem cogni-

M290va tam a leproso imminet periculum lepre, ut dicunt, dato quod ipsamet
 O231v mulier non efficiatur leprosa; ergo multo magis | imminet uiro pericu-
 lum infectionis si cognoscat mulierem leprosam, quam ipsi mulieri si
 cognoscatur a uiro leproso. Et istud non uidetur esse dubium quando
 mulier est notabiliter infecta ultima specie lepre, scilicet leonina, in 85
 qua est tanta infectio quod partes corporis frustatim decidunt. Propter
 quod non uidetur quod mulieri sic infecte uir teneatur debitum red-
 dere, quia reddendo uix posset euadere periculum lepre. Si uero non
 esset notabiliter infecta, teneretur, et multo magis mulier uiro, cum ei
 Z192vb minus periculum immineat | ex redditione debiti. Nec propter hoc uir 90
 et mulier quoad redditionem debiti ad imparia iudicantur, quia semper
 iudicantur ad paria quando est par causa; hic autem non est, ut dictum
 est; quare etc.

[9] Quantum ad tertium sciendum quod propter statutum eccle-
 sie impeditur quis ab exactione debiti, non autem a redditione. Ratio 95
 primi est quia illud quod rationem deprimit ad carnalia et reddit ho-
 minem ineptum ad spiritualia, debet omitti illis temporibus quibus
 O232r est spiritualibus intendendum; set *actus matrimonialis, quamuis culpa* |
careat, tamen deprimit rationem ad carnalia et *reddit hominem ineptum*
ad spiritualia; ergo ab eo est abstinendum temporibus sacris, quibus est 100
 orationi et ceteris operibus spiritualibus intendendum. Et quia exigere

est in libertate cuiuslibet coniugum, peccat qui hiis temporibus exigit debitum. Non tamen puto quod | peccet mortaliter, quia ecclesia *E54vb*
 non intendit fidelibus laqueum ponere, quod fieret si exactionem de-
 105 biti talibus temporibus | prohiberet sub precepto. Intendit ergo talem *M290vb*
 exactionem dissuadere propter causam iam dictam, set non simpliciter
 prohibere. Vnde AVGVSTINVS dicit in litera quod *a licitis abstinendum*
est ut facilius impetrari possit quod postulatur. Qui ergo exigit debitum
 non in contemptum uel irreuerentiam exhortationis ecclesie, set uic-
 110 tus concupiscentia uel infirmitate, non peccat mortaliter, set uenialiter
 tantum. Ratio secundi est quia ecclesia per statutum suum non inten-
 dit preiudicare iuri naturali uel diuino; set de iure | naturali et diuino *O232v*
 est redditio debiti, salua debita honestate que in talibus exigitur; ergo
 ecclesia non intendit prohibere redditionem debiti | aliquo tempore, *Na118ra*
 115 set nec dissuadere | nisi exactionem que est in cuiuslibet libertate. *K58va*

[10] Ad primum argumentum dicendum quod lepra non impedit
 redditionem propter hoc quod quandoque cedit in malum prolis, quia
 illud malum non semper euenit; et si semper eueniret, melius esset
 proli sic esse quam omnino | non esse. Quando autem probabiliter *P139ra*
 120 crederetur quod lepra uxoris cederet in infectionem uiri, ut quando
 mulier infecta est ultima specie lepre, tunc non teneretur uir sanus
 uxori leprose debitum reddere. Si autem infectio non esset tanta quod
 oporteret timere de alterius infectione, tunc quilibet coniugum tenetur

alteri debitum reddere, et in hoc casu loquuntur iura solum de ista materia, *Extra*, 'De coniugio leprosorum'.

125

[11] Ad secundum dicendum quod non est simile de loco et de tempore: quia locus facilius uitari | potest quam tempus, et iterum *M291ra* locus | polluitur, ita ut indigeat reconciliatione, tempus uero non. *VI43rb*

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM VNVS CONIVGVVM POSSIT SINE LICENTIA ALTERIVS
CONTINENTIAM VOVERE>

O233r [A1-B1] Secundo queritur utrum unus coniugum possit sine licentia alterius continentiam uouere. Et uidetur quod sic, quia sicut impeditur 5 redditio debiti per uotum religionis, ita per uotum transmarinum; *set uir sine consensu uxoris potest uotum transmarinum emittere*; ergo et religionem intrare et ibidem continentiam uouere. Et confirmatur, *L53ra* quia | uotum crucis potest mutari in uotum religionis; ergo maritus post uotum crucis emissum sine consensu uxoris potest illud licite 10 mutare in uotum religionis.

[A2-B2] Item seruire Deo magis est debitum quam seruire homini; *set uir potest impediri a debito reddendo uxori propter seruitium ho-*

minis, utpote cum temporalis dominus uirum ministeriis suis occupat;
 15 ergo multo fortius licet uiro subtrahere se a debito reddendo uxori
 uouendo se seruitio Christi, quod fit per religionis ingressum.

[A3-B3] In contrarium est quod dicit APOSTOLVS I ad Co r. 7:
Nolite fraudare inuicem nisi forte ex communi consensu ad tempus ut
uacetis orationi. | *O233v*

20 [A4-B4] Responso. Videnda sunt tria: primum est an liceat alteri
 coniugum uouere continentiam sine licentia alterius; secundum est an
 hoc possit de alterius licentia; tertium est an ille qui uouit, reuoca-
 tus ad alium remanentem in seculo, mortuo illo teneatur redire ad
 precedens uotum.

25 [A5-B5] Quantum ad primum sciendum est quod ille sine cuius
 licentia alter intrat religionem aut est fornicatus spiritualiter aut carna-
 liter | aut non. Si sit fornicatus spiritualiter aut carnaliter, tunc sine eius *M291rb*
 licentia innocens potest ingredi religionem, si sententia diuortii lata sit
 inter ipsos, quia per fornicationem tam spiritualem quam carnalem
 30 amittit quilibet coniugum potestatem quam habet in corpus alterius.
 Et ideo innocens remanet sui iuris ut possit continentiam proprii cor-
 poris uouere, ut habetur expresse Ex t r a, ‘De conuersione | coniuga- *A156va*
 torum’, cap. ultimo.

[A6-B6] Si uero uterque sit innocens et matrimonium est inter
E55ra eos consummatum, tunc notandum est quod aliquis potest | uoue- 35
Z193ra re continentiam uel simpliciter, ut non possit exigere debitum nec |
 reddere teneatur, uel secundum quid, scilicet ut non possit exigere licet
 teneatur reddere.

O234r [A7-B7] Primo modo neuter coniugum potest sine licentia | alte-
 rius uouere continentiam. Cuius ratio est, quia uotum cum sit uolun- 40
 tatis, non est nisi eorum que sunt in potestate nostra; set corpus uiri
 quantum ad redditionem debiti non est in potestate eius, set uxoris et
 econuerso. Ergo unus eorum non potest uouere continentiam simpli-
 citer sine licentia alterius; et hec ratio tangitur *Ex t r a*, ‘De conuersione
 coniugatorum’, cap. ‘Quidam intrauit’. 45

[A8-B8] Secundo modo potest quilibet coniugum sine licentia
 alterius continentiam uouere, scilicet ut non exigat, quia illud quod
 est uoluntatis et perfectionis, potest cadere sub uoto; set non exige-
Na118rb re | debitum est uoluntatis et etiam perfectionis; unde in litera dicit
AVGVSTINVS: *Pro sanctificatione perfecta Deus tibi computabit, si non* 50
M291va non exigat debitum. | Puto tamen quod non sit uotum | usquequaque

discretum, tum quia redderetur matrimonium onerosum, potissime si *K58vb*
 uir uoueret non exigere dum oporteret mulierem semper subire confu-
 55 sionem petendi debitum, tum quia posset ex hoc imminere periculum
 ei qui uouit | dum urgente concupiscentia existens iuxta mulierem non *O234v*
 petentem de facili posset facere | contra uotum. *P139rb*

[A9-B9] Quantum ad secundum, scilicet an de licentia uxoris uir
 possit intrare | religionem et uouere continentiam et econuerso mulier *V143va*
 60 de licentia uiri, aduertendum est quod aliquid est illicitum fieri, quod
 tamen factum tenet. Sic in proposito aliquid est obseruandum dum
 unus coniugum intrat religionem de licentia alterius, quod si non obser-
 uetur, nichilominus tenet ingressus. Intrando enim obseruandum est
 quod ille de cuius licentia alter intrat religionem, aut est senex et non
 65 est persona suspecta de incontinentia, et tunc potest in seculo manere
 uouendo continentiam, aut est iuuenis et suspectus de incontinentia,
 et tunc non sufficit quod maneat in seculo uouendo continentiam, set
 debet intrare religionem, ut habetur *E x t r a*, De conuersione coniuga-
 torum, cap. 'Cum sis peditus' et cap. 'Vxoratus'. Si tamen istud non
 70 obseruetur et unus de licentia alterius intret religionem et profiteatur,
 uere tenet uotum et professio.

[A10-B10] Quod patet ex duobus: primo, quia si uotum non
 teneret, hoc esset quia teneretur debitum aut reddere aut exigere; non

O235r | exigere, quia illud numquam est necessitatis, nec | reddere, quia
M291vb uxor dando licentiam priuauit se iure petendi. Ergo iste non tenetur 75
L53rb | reddere petenti; ergo nullo modo est uotum eius irritum. Secundo,
 quia sicut uxor potest se priuare iure suo uoluntarie peccando, ita
 uoluntarie merendo; set uxor uoluntarie fornicans priuat se iure suo
 ita, ut ex tunc liceat uiro suo religionem intrare, ut supra dictum est;
 ergo similiter continere uolendo et in hoc merendo potest se priuare 80
 iure suo dando licentiam uiro intrandi religionem et profitendi. Et ex
 tunc non debet reddi existenti in seculo quantumcumque persona sit
 suspecta, set potius existens in seculo debet compelli mutare uitam,
 ut uiuat religiose uel cum religiosis, ut habetur expresse 27, q. 2,
 'Agatosa', et 33, q. 5, 'Qui uxorem'. Iura autem que dicunt quod non 85
 sufficit sola licentia, nisi ille qui dat eam simpliciter conuertatur si sit
 persona que sine suspitione non possit manere in seculo, determi-
 nant quid debeat fieri, set non irritant si secus actum fuerit, nec forte
O235v possent. | Nec obstat quod dicitur *E x t r a*, 'De conuersione coniuga-
 torum', cap. 1., quia illa licentia fuit extorta et mulier fuit decepta ut 90
 iuris ignara. Potest autem ius hoc determinare quod sicut consensus
 coactus non sufficit ad matrimonium, ita licentia ui uel metu extorta

non sufficiat ad hoc, ut | uxor priuet se iure quod habet in uirum. Et *E55rb*
 sic patet secundum.

- 95 [A11-B11] Quantum ad tertium distinguendum est, quia ab in-
 gressu religionis redit | aliquis ad uxorem uel compulsus per uiam iuris *M292ra*
 uel de facto et non de iure. Per uiam iuris dupliciter: uno modo quan-
 do intrauit sine licentia uxoris, alio modo quando intrauit de licentia,
 et antequam profiteretur, reuocatur licentia. Primo modo rediens ad
 100 uxorem inducendus est ut ea mortua redeat ad monasterium, set non
 est cogendus. Cuius ratio est quia professio eius non tenuit, cum non
 intrauerit de licentia uxoris. Professio enim uoti tollit utramque po-
 testatem, exigendi scilicet debitum et reddendi. Non reddere autem
 debitum non fuit in eius potestate, set uxoris. Et ideo professio non ten-
 105 nit, propter quod ad | eam cogi non debet mortua uxore. Inducendus *Na118va*
 est tamen, quia priuauit se iure exigendi. Hoc enim erat in sua pote-
 state, et ideo non potest cum alia contrahere sine peccato, sicut dicit
 capitulum prius allegatum | ‘Quidam intrauit’. Si tamen de facto *K59ra*
 contrahat, matrimonium tenet, quia | non | potuit solemnizare uotum *O236r*
 110 continentie; peccat tamen contrahendo et deinceps debitum exigendo. *V143vb*
 Qui autem intrat de licentia uxoris, et antequam profiteatur, | euocatur *Z193rb*
 ab uxore, mortua uxore non tenetur redire ad monasterium nec peccat
 si contrahat, nisi aliquid | aliud obsistat, quia cum per nullum uotum *P139va*
 adstrictus sit religioni, non tenetur ad eam redire nec manens in seculo

tenetur continere, cum nichil circa continentiam uouerit. Qui autem 115
 post factam professionem redit ad uxorem de facto et non de iure (ut
M292rb cum quis | de licentia uxoris profitetur, et contempta professione redit
 ad uxorem, sicut uidetur dicere illud cap. ‘Ex parte abbatis’ de quodam
 qui in *infirmirate positus consentiente uxore uotum uouens castitatis mo-*
nachalem habitum suscepit, et postmodum liberatus de infirmitate uxorem 120
 tenuit), talis mortua uxore cogendus est ad monasterium redire, et non
 solum ea mortua, set uiuente, quia cum professio eius uera fuerit et te-
 nuerit ut solempnis, redire non potuit ad uxorem, nec ea mortua aliam
 ducere, cum uotum solempne impediatur matrimonium contrahendum
O236v | et dirimat contractum. 125

[A12-B12] Ad primum argumentum dicendum quod non est simi-
 le de uoto crucis et de uoto religionis, quia uotum religionis impedit
 redditionem debiti simpliciter et non solum ad tempus, uotum autem
A156vb crucis non nisi ad tempus; | nec etiam pro illo tempore impedit, si
 mulier uelit sequi uirum. Et ideo uir non potest sine consensu uxoris 130
 emittere uotum religionis, licet possit emittere uotum crucis. Mulier
 tamen non potest uotum crucis emittere sine consensu uiri sui, cum
L53va uir sit in hoc caput mulieris. Nec ualet quod subiungitur | quod uotum
 transmarinum potest transmutari in uotum religionis, quia hoc est ue-

135 rum in eo qui est sui iuris; nec est obligatus alio uinculo quod obstat
religioni, sicut est in coniugatis.

[A13-B13] Ad secundum similiter dicendum quod seruitium debi-
tum domino temporali non impedit simpliciter redditionem debiti, set
solum ad tempus. Votum autem religionis impedit | simpliciter; ideo *M292va*

140 non est simile.

deest ¶

[B14] Et iterum ante religionem nullus est debitor consilio-
rum ad que obligantur religiosi, sicut seruus debitor est obse-
quii sue seruitutis set solum postquam quis rite professus est
in religionem. Et tunc qui rite professus est, tenetur ea que sunt
145 religionis, facere nec umquam reddere | debitum uxori si quam *O237r*
habet.

<DISTINCTIO TRIGESIMA TERTIA
QUESTIO PRIMA
VTRVM SIT VEL ALIQVANDO FVERIT LICITVM SIMVL
HABERE PLVRES VXORES>

[A1-B1] *Queritur hic de antiquis patribus* etc. Circa distinctionem 5
E55va istam | primo queritur utrum sit uel aliquando fuerit licitum simul
habere plures uxores. Et uidetur quod non, quia uir et uxor ad paria
iudicantur; set numquam fuit licitum quod unius uxoris simul essent
plures uiri; ergo numquam fuit licitum quod unius uiri essent simul
plures uxores. 10

[A2-B2] Item illicitum est dare alicui quod iam datum est alteri;
set uir contrahens cum una uxore dat ei potestatem sui corporis; ergo
est illicitum quod eam postmodum det alteri; quod feret, si uiuente
prima, secundam duceret; quare etc.

[A3-B3] In contrarium arguitur, quia matrimonium ordinatur 15
principaliter ad procreationem et educationem prolis; set habere plures
uxores non repugnat huic fini, set potius conuenit, eo quod unus uir
potest fecundare plures uxores; ergo pluralitas uxorum uidetur licita.

[A4-B4] Item AUGVSTINVS De bono coniugali dicit: *Quod*
 20 *est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem humani* | *ge-* Na118vb
neris; set licitum est uti diuersis cibus propter salutem hominis; ergo lici-
 tum est uti diuersis | uxoribus propter conseruationem humani generis. V144ra

[A5-B5] Responso. Videnda sunt duo: primum | est | utrum O237v
 quandoque licitum fuerit | habere duas uxores absque omni dispensa- M292vb
 25 tione; secundum est utrum modo possit esse licitum ex dispensatione K59rb
 ecclesie.

[A6-B6] Quantum ad primum aduertendum est quod illud est
 licitum absque quacumque dispensatione, quod non est prohibitum
 aliquo iure naturali, diuino uel humano recte posito. Et istud ma-
 30 xime locum habet in matrimonio, cuius edictum est prohibitorium.
 Et ideo ad uidendum an habere plures uxores simul sit licitum de se
 an non, oportet uidere si sit prohibitum aliquo iure. Manifestum est
 autem | quod ante euangelium non fuit prohibitum per ius diuinum P139vb
 habere plures uxores quin potius uidetur fuisse concessum. Vnde dicitur
 35 Deut. 21: *Si habuerit homo uxores duas, unam dilectam et alteram*
odiosam, etc. Et in pluribus locis Sacre Scripture fit mentio de
 pluralitate uxorum, nec reprobatur. Nullum etiam ius humanum eis
 traditum fuit quod pluralitatem uxorum reprobaret.

[A7-B7] Restat ergo solum uidere utrum pluralitas uxorum sit contra ius naturale. Est autem ius naturale, prout distinguitur contra ius positium, diuinum uel humanum, instinctus rationis naturalis quo dirigitur homo ad operandum conuenienter, | prout congruit fini operis, qui est principium in | agendis. Et sic diffinit TVLLIVS: *Ius naturale quod non opinio genuit, set uis innata inseruit.* Vnde illud opus est contra ius naturale quod tollit debitum finem operis uel notabiliter impedit. Et sic sodomia est contra ius naturale, quia totaliter tollit finem generationis, | qui est procreatio prolis, et pluralitas uirorum respectu unius uxoris, quia notabiliter impedit et procreationem et educationem conuenientem prolis, ut postea patebit.

[A8-B8] Ex hoc ad propositum. *Matrimonium habet pro fine principali procreationem et educationem prolis, set pro fine secundo habet communicationem operum que sunt necessaria in uita humana, ut habetur VIII Et h i c o r u m. Primum finem nec tollit nec impedit pluralitas uxorum, cum unus uir sufficiat pluribus uxoribus fecundandis et educandis filiis ex eis natis, set secundum finem. Et si non totaliter tollit, tamen multum impedit, eo quod non facile possit esse pax in familia ubi uni uiro plures uxores iungerentur, cum non possit unus uir | sufficere ad satisfaciendum | pluribus uxoribus ad uotum, et quia communicatio plurium*

*in alico uno officio causat litem, sicut figuli corrixantur ad inuicem, et
60 similiter plures uxores unius uiri.*

[A9-B9] Propter quod uidetur QVIBVSDAM quod pluralitas uxorum sit contra ius naturale quatinus notabiliter impedit secundum finem matrimonii, et ideo numquam fuit licitum sine dispensatione. Dispensatio autem duo requirit: auctoritatem ex parte dispensantis et causam
65 recompensantem ex parte negotii. | Super ius autem naturale nullus *E55vb* habet auctoritatem nisi Deus; et ideo solus Deus dispensare potuit. Causa uero dispensationis fuit multiplicatio fidelium ad cultum Dei. Et ideo dicit INNOCENTIVS, et habetur *EXTRA*, ‘De diuortiis’, cap. ‘Gaudemus’, quod *nulli umquam licuit plures uxores habere simul, nisi* | *M293rb*
70 *cui fuit diuina reuelatione concessum.*

[A10] Set contra hoc potest obici. Quod enim primo dicitur quod pluralitas uxorum impedit secundarium finem matrimonii, qui est pax in familia, non ualet, quia hunc finem non impedit per se uxorum pluralitas, set malitia uel proteruia; una
75 enim existente uxore litigiosa pax impeditur, <pluribus autem existentibus pacificis non impeditur>. Per accidens ergo impeditur secundarius finis matrimonii una uel pluribus existentibus uxoribus et non per se, licet facilius possit impediri ex pluralitate uxorum. Que autem per accidens contingunt,

deest B

sub arte non cadunt. Et ideo, sicut licitum est contrahere cum unica existente litigiosa non obstante quod secundarius finis matrimonii aliquantulum impediatur, sic, ut uidetur, licitum est contrahere cum pluribus, licet quandoque ex hoc sequatur turbatio pacis.

[A11] Item quando finis secundarius preiudicat principali, negligendus est finis secundarius propter principalem; set fini principali matrimonii, qui est generatio et educatio prolis, quandoque potest preiudicare secundarius finis, qui est pacifica habitatio cum unica uxore, quia forsitan ipsa est sterilis; ergo in hoc casu licitum fuit pretermittere secundarium finem propter primarium, quod fit accipiendo cum prima uxore sterile aliam fecundam.

A157ra [A12] Quod autem secundo dicitur quod ex diuina dispensatione licuit habere plures uxores propter multiplicationem | fidelium, hoc non uidetur, quia dispensatio illa que facta dicitur fuisse primo Abrahe, in cuius domo primo refulsit fides, aut fuit facta pro eo tantum aut pro omnibus posteris. Non pro eo tantum, quia alii non fuissent propter hoc a peccato excusati accipiendo plures uxores. Si pro omnibus, aut eis innotuit, aut non. Si non innotuit dispensatio, non fuerunt excusati a transgressionem. Si innotuit, cum non innotuerit eis uerbo, innotuit eis solum exemplo; set hoc modo eque innotuit infidelibus sicut fidelibus; ergo eque licuit infidelibus sicut fidelibus habere plures uxores; quod est contra illud quod dicunt, quod causa dispensandi fuit multiplicatio fidelium ad cultum Dei. Et sine dubio satis est durum dicere quod omnes infideles peccauerunt ducendo plures uxores, precipue cum de Agar, quam accepit Abraham post Saram, natus fuerit Ysmael, cuius successores omnes fuerunt infideles. Irrationabile etiam uidetur quod apud omnes infideles ratio naturalis fuerit adeo obumbrata quod iudicauerint pluralitatem uxorum licitam, si ipsa esset contra ius naturale, nec esset licita nisi ex dispensatione diuina.

80

85

90

95

100

105

110

[A13] Potest ergo aliter dici [B10] ALII dicunt aliter scilicet
 quod primi qui habuerunt plures uxores, non potuerunt licite contra-
 115 here cum secunda uiuente prima cum qua simpliciter contraxerunt,
 nisi de consensu eius. Cuius ratio tacta est in arguendo ad questio-
 nem, quia duobus contrahentibus matrimonium inter se simpliciter
 | quilibet transfert totam potestatem corporis sui in alterum, propter *O239r*
 quod sine consensu eius non potest obligare alteri corpus suum. Po-
 120 tuit tamen de consensu eius et ex causa, | scilicet si uxor sit sterilis uel *Na119ra*
 propter paucitatem humani generis. Et sic fuit in Abraham, | ut ha- *V144rb*
 betur Gen. 16 et recitatur 32, q. 4, cap. 'Dixit Sara': *<Dixit Sara> ad*
Abraham: Ecce conclusit me Dominus ne parerem; ingredere ad ancillam
meam, si saltem ex illa suscipiam filios. Ecce quod de uoluntate uxoris
 125 propter sterilitatem eius accepit secundam. Hoc modo et hac de causa
 | habuit Iacob plures uxores, quia de uoluntate Rachel creditur quod *K59va*
 Lya supposuerit se ei; uoluit enim Rachel parcere uerecundie sororis
 antiquioris, cum esset consuetudo apud eos ut antiquiores primo tra-

derentur ad nuptias. De uoluntate etiam earum duarum ingressus est
 ad ancillas earum: ad ancillam quidem Rachel propter eius sterilitatem, 130
 ut habetur *Gen.* 30, ad ancillam uero Lye postquam Lya credidit se
 desiisse parere, ut habetur *ibidem*. Processu uero temporis mos ino-
 leuit apud alios | plures habere uxores de uoluntate prime tacita uel
 O239v
 M293va expressa uel consuetudine super hoc optenta, | nec in hoc uidentur
 P140ra peccasse. Vnde AVGVSTINVS | dicit, et habetur in litera, et recitatur 32, 135
 q. 3, ‘Obiciuntur’, quod *quando mos erat, peccatum non erat*. Et ideo
 antiquis iustis non fuit peccatum quod pluribus feminis utebantur; nec
 contra naturam hoc faciebant, cum non lasciuendi, set gignendi causa
 hoc facerent; nec contra morem, quia eo tempore ea fiebant; nec contra
 preceptum, quia nulla lege erat prohibitum. Quod autem dicit INNO- 140
 CENTIVS quod numquam *licuit habere plures uxores simul nisi cui fuit
 diuina reuelatione concessum*, exponendum est non de reuelatione que
 est specialis inspiratio, set de interiori dictamine rationis, quo sciuerunt
 antiqui patres quod pro multiplicatione generis humani licuit habere
 plures uxores de uoluntate principalis. Sicut enim lex naturalis non 145
 est scripta in codice, set impressa in mente, sic dictamen rationis quo

scitur in quo casu lex non astringit, cum sit quedam legis interpretatio, potest dici dispensatio; et quia est menti impressa a Deo, ideo uocatur dispensatio diuina. | Et sic patet ad primum. O240r

150 [A14-B11] Quantum ad secundum, scilicet an modo sub lege euangelii possit esse licitum habere plures uxores ex dispensatione ecclesie, posset uideri quod non, quia nullus potest dispensare in statuto Christi, set Christus inhibuit pluralitatem uxorum; ergo etc. Quod autem inhibuerit pluralitatem uxorum, apparet per illud quod dicit
 155 *Matth. 19: Quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit, mechatur.* Si ergo dimissa uxore non licet aliam | du- Z193vb
 cere, fortiori ratione non licet aliam ducere priore retenta.

[A15-B12] Item Christus reduxit statum matrimonii ad modum sue prime | institutionis; set contra primam institutionem est plurali- M293vb
 160 tas uxorum, *cum a principio una costa | uiri in feminam sit conuersa* E56ra
et Scriptura diuina testetur, quod propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit | uxori sue, non dixit uxoribus, et erunt duo in L54ra
carne una, non dicit tres uel plures, ergo contra legem matrimonii est pluralitas uxorum, et sic non licet ecclesie in hoc dispensare. Et hee
 165 rationes tanguntur *Extra*, ‘De diuortiis’, cap. ‘Gaudemus’. Et istud tenetur communiter.

[A16-B13] Si quis tamen uellet tenere quod ecclesia posset dispensare | quod habens uxorem sterilem ea uiuente et consentiente acciperet aliam, rationes predictae non cogent. Cum enim dicitur primo
 170 quod Christus inhibuit pluralitatem uxorum, posset dici quod non

in omni casu. Et cum dicitur quod immo, quia inhibuit quod uxore
V144va dimissa altera non ducatur, ergo fortiori ratione nec uxore retenta, |
 non sequitur, quia que ducitur uxore dimissa, ducitur sine consensu
 uxoris legitime et in eius preiudicium; non sic autem illa que ducitur
 de consensu uxoris retente.

175

[A17-B14] Quod uero dicitur secundo quod contra primam insti-
 tutionem matrimonii est pluralitas uxorum, dicendum quod natura
Na119rb humana fuit primitus | instituta non solum quantum ad ea que sunt
 necessitatis, set quantum ad multa que erant perfectionis. Et sic mat-
 rimonium institutum fuit tunc secundum statum suum optimum, a 180
 quo tamen si deficeret, non propter hoc esset malum et illicitum. Non
 enim omne quod deficit ab optimo, est malum; est enim in bonis dare
M294ra bonum et melius, sicut in malis malum et peius. Optimus | ergo status
K59vb | matrimonii est unius cum una; set non est malus | quando est unius
O241r cum pluribus si subsit causa. Non esset ergo omnino contra rationem 185
 si quis diceret quod sicut papa dispensat in solempni uoto continentie
 propter bonum commune, sicut dispensatum fuit cum quodam mo-
A157rb nacho | de genere regis Arragonum, ut contraheret propter defectum
 heredis, sic dispensare posset ut princeps habens uxorem sterilem, de
 qua non posset suscipere prolem, ea uiuente et consentiente acciperet 190

aliam. Nec minus est contra ius naturale et diuinum non soluere uotum quam pluralitas uxorum, quia etsi utrumque cadat sub precepto, non tamen indispensabiliter.

[A18-B15] Ad primum argumentum dicendum quod non est simile
 195 de pluralitate uxorum respectu unius uiri et de pluralitate uirorum respectu unius uxoris, quia unum uirum habere plures uxores non est contra principalem finem matrimonii nec contra secundarium nisi per accidens, ut dictum fuit; set pluralitas uirorum respectu unius uxoris esset contra principalem finem, qui est educatio prolis, | quia ex hoc quod *P140rb*
 200 una mulier haberet plures maritos, | sequeretur incertitudo prolis respectu patris, cuius tamen cura necessaria est in educando prolem. Et ideo *O241v*
 nulla lege aut consuetudine fuit unquam permissum unam uxorem habere plures uiros, sicut econuerso unum uirum habere plures uxores.

[A19-B16] Ad secundum patet responsio ex dictis in corpore
 205 solutionis.

[A20-B17] Argumenta in oppositum probant quod habere plures uxores non est illicitum de se, set potuit esse licitum propter multiplicationem humani generis tempore paucitatis hominum adhibitis aliis | *M294rb*
 210 Christi, que forte cadit sub dispensatione ecclesie, ut QVIBVSDAM uidetur.

<QUESTIO SECVNDA

VTRVM FORNICATIO SIMPLEX SIT PECCATVM MORTALE>

[1] Secundo queritur utrum fornicatio simplex sit peccatum mortale. Videtur quod non, quia quod potest dari ad semper, potest dari ad tempus; set mulier potest dare uiro potestatem corporis sui simpliciter et ad semper per matrimonium; ergo potest dare ad tempus. Hoc autem est in simplici fornicatione soluti cum soluta; ergo etc.

[2] Item *maius peccatum est mendacium quam fornicatio simplex*, *O242r* quod patet ex hoc quod Iudas, qui fornicationem non | horruit committere cum Thamar, recusauit mendacium dicens: “Certe mendacii nos arguere non poterit”, Gen. 38; set mendacium non est semper peccatum mortale; ergo nec fornicatio simplex.

[3] Item *omne peccatum mortale contrariatur caritati* quantum ad dilectionem Dei uel proximi; set *fornicatio non contrariatur caritati* *E56rb* quantum ad dilectionem Dei, quia non | est directe contra Deum, nec quantum ad dilectionem proximi, quia per hoc nulli fit preiudicium; ergo *fornicatio simplex non est peccatum mortale*.

[4] Item non omnis inordinatus usus ciborum est peccatum mortale; *L54rb* ergo | nec omnis inordinatus concubitus, quod maxime uidetur de

20 fornicatione simplici. Et probatur consequentia, quia *quod est cibus ad salutem corporis, hoc est concubitus* | *ad salutem humani generis secundum* AVGUSTINVM. V144vb

[5] In contrarium est quia nichil excludit a regno celorum nisi peccatum mortale; set fornicatio excludit a regno celorum, ut patet I Co r. 25 6 et Ga l. 5; ergo etc.

[6] Responso. Videnda | sunt duo; primum est quod omnis fornicatio est | peccatum; secundum est quod est peccatum non qualecumque, set mortale. M294va
Na119va

[7] Primum patet sic: omnis actus uoluntarius qui non ordinatur 30 in finem debitum | uel non ordinatur conuenienter in ipsum, est peccatum; set fornicatio simplex est huiusmodi; ergo etc. Maior patet, quia priuatio debiti ordinis in actu culpam inducit. Minor probatur, quia fornicatio uel fit ad delectationem uel ordinatur ad prolem. Si fiat propter delectationem, non ordinatur ad debitum finem, cum actus non sit | propter delectationem, set delectatio propter actum, ut 35 dictum fuit prius. Si uero ordinetur ad prolem, nichilominus non ordinatur conuenienter ad hunc finem; quia cum proli debeat a paren-

O242v
Z194ra

tibus educatio et instructio et prouisio in totam uitam, requiritur quod
K60ra inter | parentes sit obligatio commanendi simul non solum ad horam
 uel ad modicum tempus, set ad multum uel ad totum, ut sicut proles 40
 est bonum commune patris et matris, sic conuenienter ei prouideatur
 ab utroque. In fornicatione autem nulla est obligatio uiri ad mulierem
 ad commanendum quin possint separari quando uoluerint; ergo forni-
 catio non est actus qui conuenienter ordinetur ad prolem; et sic patet
 minor. Sequitur ergo conclusio, scilicet quod omnis fornicatio est pec- 45
O243r catum. Et huic | attestatur quod secundum omnem legem proles nata
 ex fornicatione est uituperabilis nec legitima iudicatur, quod non esset
 nisi secundum omnem legem fornicatio dampnaretur.

[8] Secundum patet tripliciter: primo ex dictamine iuris natu-
 ralis, secundo ex determinatione iuris diuini, tertio ex approbatione 50
 iuris positiui.

M264vb Prima uia talis est: omne illud quod tollit fedus | amicitie debite
P140va inter homines ad inuicem, maxime | parentis ad prolem, est peccatum
 mortale; set omnis fornicatio est huiusmodi; ergo etc. Maior patet, quia
 uita anime consistit in caritate uel amicitia ad Deum uel ad proxi- 55
 mum; et ideo omne illud quod tollit fedus amicitie ad Deum uel ad
 proximum, tollit uitam anime, et sic est peccatum mortale. Minor pro-
 batur, quia omnis fornicatio uel est uagus concubitus ad meretricem
 omnibus expositam uel est ad concubinam determinate retentam. Si sit
 uagus concubitus, patet quod soluit fedus amicitie debite inter homi- 60

nes, quia super communicationem consanguineitatis fundatur amicitia naturalis; hanc autem tollit uagus concubitus, quia de prole ex eo nata non potest constare cui sit consanguinea ex parte patris, cum plures indifferenter accedant ad eandem, nec patri constat de | prole, nec proli constat de patre; ergo per talem concubitum tollitur amicitia que debet esse inter patrem et filium et econuerso, que est maxime debita et maxime naturalis. O243v

[9] Idem patet de concubina que est determinate retenta, quia ut dictum est, proli debetur a parentibus prouisio. Debent enim parentes thesaurizare filiis et naturaliter filii sunt parentum heredes, *si filii, et heredes*, R o m. 8. Tunc sic: illud quod priuat prolem in toto uel in tanto ab eo quod sibi est debitum a parentibus, tollit fedus inter parentem et prolem; set accessus ad concubinam priuat prolem ab eo quod est sibi debitum a parentibus; et si non in toto, saltem in tanto (natus | enim | A157va
 75 ex concubina licet succedat parentibus in determinata | portione, non E56va
 tamen plene ut legitimus); quare etc. Hinc est quod Deus instituens M295ra
 progressum nature per generationem G e n. 2 dicens: *Erunt duo in carne una*, premisit: | *Et adhaerebit uxori sue*. Non est autem uxor nisi que V145ra
 iungitur uiro per matrimonium. Ex quo patet quod contra diuinam O244r
 80 iustitiam ordinantem | progressum humane nature est proles suscepta a
 quacumque muliere nisi ab uxore. Relinquitur ergo quod omnis forni-

catio, siue uaga, siue concubinaria, sit peccatum mortale de se exclusa
omni lege scripta.

L54va [10] Nec obstat quod antiqui | patres dicuntur habuisse concubinas,
Na119vb quia non uocabantur concubine eo quod non essent | matrimonio con- 85
iuncte, ut nunc loquimur, set quia non erant eque principales in regimi-
ne domus ut alie eo quod erant ancille principalium uxorum. Et sic Agar
et Cetura dicte sunt concubine Abrahe; et Bala et Zelpha, ancille Rachel
et Lye, dicte sunt concubine Iacob quamuis essent legitime uxores.

[11] Secunda uia, scilicet quod fornicatio sit contra ius diuinum Vete- 90
ris et Novi Testamenti, patet sic. Dicitur enim Deut. 23: *Non erit meretrix
de filiabus Israel, nec scortator de filiis Israel.* Vbi, quamuis dicat Glossa
secundum literam corruptam quod ad eas prohibet accedere *quarum est
uenialis turpitude*, uera tamen litera est *quarum est uenialis turpitude*, quod
est proprium meretricum. In Novo etiam Testamento preter illud quod 95
O244v allegatum est, dicitur Thess. 4: *Scitis que precepta | dederim uobis per domi-*
K60rb *num | Ihesum. Hoc est enim uoluntas Dei, sanctificatio uestra, ut abstineatis*
M295rb *uos a fornicatione; et Eph. 5: Omnis fornicator aut inuidus aut auarus non*
habebit hereditatem in regno Christi et Dei. Et in | pluribus aliis locis Sa cre
Scripture dicuntur similia.

[12] Idem patet tertio ex approbatione iuris positiui. Dicitur enim 22, q. 1, cap. ultimo 'Predicandum': *Nosse debent talem pro periurio penitentiam imponi debere qualem de adulterio, de fornicatione, de homicidio uoluntarie commisso et ceteris criminalibus uitiiis*; ubi connumerat
 105 fornicationem cum ceteris que sunt peccata mortalia. Patet igitur quod fornicatio simplex est peccatum mortale, quia contra ius naturale, diuinum et humanum nec umquam senserunt oppositum nisi homines corrupti mente et reprobi circa fidem.

[13] Nec obstat quod dicit *Glossa AMBROSII super illud I Thim. 4: Pietas ad omnia utilis est: Omnis summa discipline christiane in pietate et misericordia quam aliquis sequens, si lubricum carnis patiatur, sine dubio uapulabit, set non peribit*. Hoc enim non est sic intelligendum quod per opera pietatis | liberetur a perditione eterna ille qui lubricum carnis patitur, si in eo perseueret usque ad mortem, set quia per *huiusmodi opera*
 115 *disponitur ad hoc | quod gratiam | consequatur per quam peniteat, et per huiusmodi opera satisfaciat de lubrico carnis commisso.*
 O245r
 Z194rb
 P140vb

[14] Ad primum argumentum dicendum quod illud quod datur simpliciter, potest dari ad tempus, ubi natura rei hoc patitur. Sic autem

non est in proposito, quia corpus coniugis quod datur in concubitu, si recte detur, datur propter prolem, in cuius preiudicium est quod detur ad tempus, propter dictas causas. 120

[15] Ad secundum dicendum quod aliquis quandoque magis horret peccatum ueniale quam mortale propter maius incitamentum quod habet ad unum quam ad alterum. *Et sic Iudas mendacium horruit, fornicationem non uitans, quamuis illud mendacium fuisset perniciosum,* 125
M295va tamquam *habens annexam iniuriam si promissum* | non reddidisset, ma-
E56vb xime si arra quam | dedit, non fuit equiualeus pretio quod promisit.

[16] Ad tertium patet responsio. Fornicatio enim contrariatur dilectioni | proximi in quantum est contra bonum prolis ad quam parentes debent habere potissimum fedus amicitie. 130

[17] Ad quartum dicendum quod sumptio cibi quantum est de se, non est in alterius preiudicium quam sumentis; set concubitus | fornicarius est in preiudicium prolis, et nichilominus si cibus qui ordinatur ad salutem corporis, scienter sumeretur in detrimentum sanitatis, esset peccatum mortale, sicut fornicatio, que est in detrimentum prolis. 135

<QVESTIO TERTIA
VTRVM IN VETERI LEGE LICITVM FVERIT VIRO
VXOREM REPVDIARE>

[1] Tertio queritur de libello repudii utrum in ueteri lege licitum
5 fuerit uiro uxorem repudiare. Et uidetur quod sic: Illud est licitum
quod est secundum legem; set repudiare uxorem erat secundum legem;
ergo etc. Maior patet, quia ut dicitur Ro m. 7, | *Lex quidem sancta, et* Na120ra
mandatum sanctum et iustum et bonum; et ideo licite fit quod secundum
legem fit. Minor patet per illud quod dicitur De u t. 24: *Si acceperit*
10 *homo uxorem et non inuenerit gratiam ante oculos eius | propter aliquam* O246r
feditatem, scribet libellum repudii et dabit in manu illius et dimittet eam;
et | Ma l. 2: *Cum odio habueris, eam dimitte, dicit dominus Deus Israel,* L54vb
quare etc.

[2] Item *CHRYSOSTOMVS dicit Super Mattheum quod sicut Apo-*
15 *stoli permiserunt secundas nuptias, ita Moyses permisit libellum repudii;*
set secunde nuptie sunt licite, ut patet per APOSTOLVM, Ro m. 7 et I Cor.
7; ergo dare libellum repudii fuit licitum tempore Moysi.

M295vb [3] In contrarium arguitur quia numquam | fuit licitum uxori repudiare uirum; ergo numquam fuit licitum uiro repudiare uxorem. Consequentia patet, quia uir et uxor ad paria iudicantur. 20

[4] Item duritia cordis numquam excusat aliquem a peccato; set libellus repudii fuit concessus Iudeis ad duritiam cordis, ut dicitur *M a t t h.* 19; ergo non excusabat eos a peccato.

[5] Responsio. Videnda sunt duo: primum est an sub lege Moysi licitum fuerit uiro uxorem repudiare; secundum est utrum licuerit repudiatam reconciliare. 25

Quantum ad primum est duplex opinio: una *quod illi qui sub lege* *O246v uxores* | repudiabant excepta causa fornicationis, *non excusabantur a* | *K60va peccato quamuis* non incurrerent aliquam penam legis. Et sic dicitur repudium in lege fuisse permissum non tamquam licitum, set quia 30 non puniebatur. Permittitur enim, ut *ISTI* dicunt, aliquid quatuor modis. Vno modo permittitur aliquid, quia oppositum non precipitur; et sic ab *APOSTOLO* permittitur matrimonium *I C o r.* 7, quia uirginitas non precipitur; et hoc modo permissio est de minori bono. Secundo

- 35 modo permittitur aliquid, quia non prohibetur preceptorie; et sic permittuntur minora mala, ut peccata uenialia. Tertio modo permittitur quicquid non impeditur; et sic Deus permittit omnia mala fieri. Quarto modo permittitur aliquid quando non punitur; et sic permissum fuit in ueteri lege repudium uxoris: *non propter aliquod bonum maius consequendum*, sicut permessa fuit pluralitas uxorum, *set propter maius malum uitandum, scilicet uxoricidium, ad quod Iudei proni erant propter corruptionem irascibilis, sicut et permissum | fuit eis fenerari | extraneis* M296ra
 40 *propter corruptionem concupiscibilis ne fratribus suis fenerarentur.* A157vb
- [6] Alia opinio est quod quamuis repudiare uxorem sit malum O247r
- 45 absolute pro eo quod indiuisibilitas annexa est matrimonio, tamen ex permissione diuina licitum fuit in ueteri lege. Et hoc confirmatur duabus rationibus et una auctoritate. | Prima ratio talis est: lex uetus licet gratiam non conferret, tamen ad hoc data fuit ut peccatum ostenderet. *Per legem | enim cognitio peccati*, ut dicitur Ro m. 3. Si P141ra
- 50 ergo repudiare uxorem peccatum fuisset, hoc eis insinuatam fuisset per legem aut prophetas (alias uiderentur nimis esse neglecti, si ea que sunt | necessaria ad salutem non cognouissent); set non fuit eis insinuatam V145va
- per legem et prophetas quod repudium esset peccatum; ergo etc. Secunda ratio talis est: lex obseruata supposita gratia merebatur uitam
- 55 eternam; set lex poterat obseruari a repudiantibus uxorem, cum lex non prohiberet, set permetteret; ergo repudium non erat peccatum prohibens meritum uite eterne. Ad idem est auctoritas CHRYSOSTOMI

O247v dicentis quod | a peccato abstulit culpam quando permisit repudium. |
Na120rb Et hec opinio uidetur probabilior, licet | precedens sit communior. Et
Z194va sic patet primum. 60

[7] Quantum ad secundum aliter est dicendum secundum primam
 opinionem et aliter secundum secundam, quia secundum primam
 opinionem dicitur sic: quod per repudium, cum esset illicitum, non
 soluebatur matrimonium; et ideo non licebat uxori repudiate ducere 65
 alium uirum, cum numquam licuerit uni uxori habere plures uiros
 simul. Propter quod postquam uxor primo repudiata cum alio de facto
M296rb contraxerat, cum non posset de iure, non | poterat reconciliari propter
 commissum adulterium, set antequam contraxisset, reconciliari poterat.
 Set hec causa non uidetur multum efficax, quia in potestate innocentis
 est reconciliare nocentem, nisi lex prohibeat, cuius prohibitionis causa 70
L55ra queritur nec assignatur. | Secundum uero alteram opinionem, cum
 per repudium solueretur matrimonium, licitum erat uxori repudiate
 ducere alium uirum. Postquam ergo eum duxerat, non poterat reuocari
 ad primum, cum secundus esset uir eius legitimus; set ante reuocari
O248r poterat, cum nullum | esset impedimentum reuertendi ad primum, et 75
 istud est rationabilius dictum.

QVIDAM uero dicunt quod nec ante nec post reconciliari poterat in penam uiri repudiantis ut uir non de facili repudiaret quam nullo modo recuperare potuisset. Set istud non bene concordat *Scrip-
80 re*, que non dicit uxorem repudiatam non posse reconciliari, nisi postquam duxit uirum alterum, ut patet *Deut. 24* et *Ier. 3*.

[8] Secundum primam opinionem respondendum est ad duo prima argumenta. Ad primum quod illud est licitum quod est secundum legem non solum permittentem, set approbantem; multa enim permit-
85 tit lex que non sunt licita ad euitandum maiora mala. Et sic repudium uxoris fuit secundum legem ueterem permissum | ad uitandum maius *K60vb*
malum, scilicet uxoricidium, set non fuit approbatum.

[9] Ad secundum dicendum est quod similitudo illa non est attendenda quantum ad omnia, set solum quantum ad hoc quod sicut
90 secunde nuptie permittuntur propter uitandam turpitudinem fornicationis, sic repudium permittebatur ad | uitandum uxoricidium, quod | *M296va*
est grauius peccatum. *O248v*

[10] Secundum opinionem secundam responderi potest ad argumenta secunde partis. Cum enim primo dicitur quod mulieri
95 numquam licuit repudiare uirum, dicendum quod non est simile de uiro et muliere, quia non est adeo timendum uiro quod occidatur ab uxore, sicut uxori quod occidatur a uiro.

[11] Quod postea dicitur quod duritia non excusat a peccato, uerum est. Permissio tamen diuina propter duritiam facta bene excusabat. Aliquid enim bene permittitur infirmis quod non permittitur 100 sanis; non tamen peccant infirmi utentes permissione sibi facta.

<QUESTIO QVARTA

VTRVM VIRGINITAS SIT PREFERENDA MATRIMONIO>

[1] Quarto queritur de uirginitate utrum sit preferenda matrimonio.

E57rb Videtur quod non, quia bonum persone priuate non est preferendum |
VI45vb bono communi, set potius econuerso; set uirginitas est | bonum priuate 5
 persone, matrimonium autem est bonum commune, cum ordinetur ad
 conseruationem speciei; ergo uirginitas non est preferenda matrimonio.

[2] Item *AVGVSTINVS* dicit libro *De bono coniugali* quod non
O249r impar est meritum continentie in Ioanne, qui nullas expertus est | nuptias,
 et in Abraham, qui filios genuit; set maioris uirtutis est maius meritum; 10
 ergo uirginitas non est maior uirtus quam castitas coniugalis.

[3] In contrarium arguitur quia melius est illud quod consulitur
 quam illud quod solum indulgetur (consilium enim est de maiori

bono, indulgentia uero de minori); et uirginitas consulitur, matrimo-
 15 nium uero indulgetur, ut patet per APOSTOLVM I C O r. 7; ergo uirgini-
 tas est melior matrimonio.

[4] Item illud est melius cui debetur maior fructus; set uirginitati
 debetur | fructus centesimus, matrimonio solum tricesimus; ergo etc. *P141rb*

[5] Responsio. Videnda sunt duo: primum est an uirginitas | sit *M296vb*
 20 bona; secundum an sit matrimonio preferenda.

Quantum ad primum aduertendum | est quod aliquid est bonum *Na120va*
 secundum se, aliquid uero per accidens, quia remouet id quod est ma-
 lum uel disconueniens. Primo modo cibus sanus bonus est corpori;
 secundo modo medicina. Dicendum ergo quod uirginitas non est bona
 25 primo modo, set secundo modo. Quod patet tripliciter. Primo sic: abs-
 tinere ab eo quod est secundum se conueniens et bonum, non potest
 esse bonum de se; set per uirginitatem | abstinetur a matrimonio, quod *O249v*
 est secundum se bonum; ergo uirginitas non est bona de se. Est tamen
 bona ut medicina. Matrimonium enim propter distractionem men-
 30 tis et curas adiunctas reddit hominem quasi infirmum ad uacandum
 contemplationi diuinorum; uirginitas autem hec impedimenta tollit
 quasi medicina; ergo etc. Secundo sic: illud non est bonum secun-
 dum se, set solum per modum medicine, quod non fuisset bonum in
 statu nature sane, set infirme; set uirginitas non fuisset bona in statu
 35 innocentie, in quo natura fuit sana; est autem bona in statu nature

infirmis; ergo etc. Tertio sic: sicut se habet ieiunare ad comedere, sic uirginitas ad matrimonium; set comedere adhibitis debitis circumstantiis est bonum secundum se, | ieiunare autem non est bonum nisi per modum medicine, in quantum per ieiunium consumuntur in corpore superfluitates humorum uel redditur corpus melius dispositum ad actus uirtutum moralium per repressionem concupiscentiarum et per consequens ad actus uirtutum | intellectualium; | ergo similiter | uirginitas non est bona secundum se, set solum per modum medicine in quantum per eam tolluntur | impedimenta que distrahunt hominem a contemplatione supernorum. Ideo dicitur I C o r. 7: *Mulier innupta et uirgo cogitat que domini sunt, ut sit sancta corpore et spiritu.*

[6] Quantum ad secundum dicendum quod uirginitas melior est matrimonio pro statu moderno. Quod patet tripliciter. Primo sic: bonum diuinum est potius | bono humano; set uirginitas est bonum diuinum cum ordinetur ad contemplationem diuinorum, ut dictum est, matrimonium uero ad bonum humanum; ergo etc. Secundo sic: bonum anime preferendum est bono corporis; set uirginitas est bonum anime cum reddat hominem expeditum ad actus eius, matrimonium uero est bonum corporis; ergo etc. Tertio patet idem exemplo Christi, qui uirginem matrem elegit et uirginitatem in se seruauit, et auctoritate APOSTOLI, Cor. 7, ubi dicit: *Qui matrimonio iungit uirginem suam, bene facit, et qui non iungit, melius facit.* Propter quod dicit AVGVSTINVS libro D e u i r g i n i t a t e: *Certa ratione et Scripturarum Sanctarum | auctoritate*

nec peccatum esse nuptias | inuenimus, nec eas bono uel uirginalis continen- V146ra
 60 *tie uel etiam uidualis equamus.* Ex predictis possumus concludere quod
 cum uirginitas non sit bona de se, set per modum medicine, in quo ta-
 men prefertur matrimonio quatinus reddit hominem magis expeditum
 ad contemplationem diuinorum, quicumque uouet uirginitatem, nisi
 sit amplius deuotioni deditus quam existens in matrimonio, talis est
 65 imperfectior perfectione personali, licet sit in statu perfectiori.

[7] *Ad | primum argumentum dicendum quod bonum commune po-* M297rb
tius est bono priuato quando sunt eiusdem | generis, set bonum priuatum E57va
potest esse melius bono communi alterius generis. Et hoc modo uirginitas
 propter Deum assumpta *prefertur fecunditati carnali* matrimonii, potis-
 70 sime cum bonum commune, ad quod ordinatur matrimonium, per
 multos sufficienter expleatur.

[8] *Ad secundum dicendum quod meritum non solum pensatur ex*
genere actus exterioris, set magis ex animo operantis. Habuit | autem Abra- O251r
ham animum sic dispositum ut paratus esset uirginitatem seruare si tempo-
 75 *re suo fuisset congruum; ex quo meritum continentie coniugalitatis | in ipso* Na120vb
equatur merito continentie uirginalis in Ioanne respectu premii substantialis,
non autem respectu premii accidentalitatis, quod respondet difficultati operis
 exterioris, sicut dicimus de martyrio Petri quod sustinuit in opere et
 quod Ioannes habuit in uoluntate.

<DISTINCTIO TRIGESIMA QVARTA

QVESTIO PRIMA

VTRVM MATRIMONIO SINT ASSIGNANDA ALIQVA IMPEDIMENTA>

[1] *Nunc superest attendere* etc. Circa distinctionem istam primo queritur utrum matrimonio sint assignanda aliqua impedimenta. 5

P141va Videtur quod non, quia morbus | communis debet habere remedium commune; set concupiscentia est morbus communis omnibus; ergo matrimonium quod est eius remedium, debet omnibus esse commune, et ita nullus debet impediri a matrimonio contrahendo.

[2] Item opus diuinum non debet impediri per opus humanum; 10 set matrimonium est opus diuinum cum sit a Deo institutum; ergo matrimonium non debet impediri per opus humanum uel statutum.

M297va [3] In contrarium est quia *matrimonium institutum | est in reme-*
O251v *dium et officium; set multi inepti sunt remedio et officio* uel propter impotentiam uel obligationem ad continentiam; ergo etc. 15

[4] Responsio. Dicendum est primo quod matrimonium pluribus modis potest impediri; secundo uidendum est quot et quibus modis impediatur.

Primum patet, quia *omnis effectus qui constituitur ex causis* impedibi-
 20 libus, *potest impediri*; set *matrimonium constituitur ex causis* impedibili-
 bus, scilicet ex consensu contrahentium, in quem potest incidere mul-
 tiplex impedimentum, et ex parte consentientium; ergo matrimonium
 potest multipliciter impediri.

[5] Quantum ad secundum sciendum quod quedam impediunt
 25 matrimonium contrahendum, set non dirimunt contractum; quedam
 autem impediunt contrahendum et dirimunt contractum. Cuius ratio
 est quia quedam sunt de necessitate matrimonii, quedam uero solum
 de solempnitate. Sine illis que sunt de necessitate, nullum est matri-
 monium; set sine illis que sunt de solempnitate matrimonii, impeditur
 30 matrimonium contrahendum, quia non bene fit quando sine eis fit,
 tamen non dirimitur contractum, quia sine eis est uerum matrimo-
 nium, quod numquam dissoluitur nisi per mortem carnalem uel spiri-
 tualem, | ut dictum | fuit prius. Hec autem sunt duo: interdictum ec- 0252r
 clesie et tempus feriatum, ut habetur in illo uersu: *Non soluunt, tamen* L55va
 35 *impediunt uetitum ferieque.*

[6] Obmissio autem illorum que sunt de necessitate matrimonii, *VI46rb* impedit matrimonium contrahendum et dirimit | contractum, eo
K61rb quod nullum est | matrimonium quando omittitur aliquid quod est de
 necessitate eius. Hec autem sunt multa, quorum numerus et sufficientia
M297vb potest haberi hoc modo: in matrimonio enim | est considerare ipsum 40
 contractum et personas contrahentes. Contractus fit per uoluntarium
 consensum, qui consensus potest impediri per uiolentiam uel per
 ignorantiam persone uel condicionis. Et sic sumuntur tria impedimenta
 matrimonii, scilicet coactio, error persone et error condicionis.

[7] Persona uero contrahens potest impediri a matrimonio 45
 contrahendo uel simpliciter respectu cuiuslibet persone uel respectu
 alicuius tantum. Si simpliciter, hoc est quia impeditur ab actu
 matrimonii, quod contingit dupliciter: uno modo, quia omnino in
 actum non potest et sic ponitur impedimentum in potentia coeundi;
 alio modo, quia non licite potest, et hoc, quia ad continentiam 50
O252v obligatur uel ex officio suscepto, | et sic est impedimentum ordinis, uel
 ex uoto emisso, et sic est impedimentum uoti.

[8] Si autem aliquis impediatur a matrimonio non simpliciter, set
E57vb respectu alicuius persone, hoc potest esse uel propter | obligationem
Z195ra ad alteram personam, sicut qui | uni matrimonialiter iunctus est, non 55
 potest matrimonialiter simul alteri coniungi, et sic est impedimentum
 matrimonii ligamen; uel quia deficit proportio ad alteram personam.
 Et hoc tripliciter: primo propter nimiam distantiam ad ipsam, et sic
Na121ra est | disparitas cultus; secundo propter nimiam propinquitatem, et

60 sic ponitur triplex impedimentum, scilicet cognatio, que importat
 propinquitatem duarum personarum ratione tertie a qua originaliter
 descendunt, et affinitas, que est propinquitas duarum personarum
 ratione tertie in matrimonio iuncte, et publice honestatis iustitia,
 in qua est propinquitas duarum personarum ratione tertie iuncte
 65 per sponsalia; tertio impeditur matrimonium inter duas | personas *M298ra*
 propter coniunctionem earum indebitam precedentem, et sic impedit
 crimen adulterii prius commissi ne adulteri contrahant ad | inuicem. *A158rb*
 De | quibus impedimentis dicitur postea magis in speciali. Hec autem *O253r*
 impedimenta in hiis uersibus continentur: *Error, condicio, uotum,*
 70 *cognatio, crimen, cultus disparitas, uis, ordo, ligamen, honestas, si sis affinis,*
si forte coire nequibis; hec socianda uetant connubia, iuncta retractant.

[9] Ad primum argumentum dicendum quod nullus impeditur
 a matrimonio simpliciter quin liceat ei cum aliqua contrahere
 nisi habeat impedimentum nature, ut frigidi, uel nisi assumpserit
 75 impedimentum uoluntarie, ut qui uouit solempniter aut ordinem
 sacrum | suscepit. Impeditur autem quis rationabiliter ut non possit *P141vb*
 contrahere cum qualibet, set cum determinata; et hoc modo sunt plura
 matrimoniorum impedimenta.

[10] Ad secundum dicendum quod illud quod fit a Deo immediate
 80 sine causis secundis, non potest impediri, quod autem est ab eo
 cooperantibus causis secundis, potest impediri multipliciter. Et
 sic est de matrimonio quod licet sit a Deo institutum, completur
 tamen cooperatione causarum secundarum, propter quod
 multipliciter impeditur.

<QVESTIO SECVNDA
VTRVM IMPOTENTIA AD ACTVM MATRIMONII
IMPEDIAT MATRIMONIVM>

O253v [1] Secundo queritur utrum impotentia ad actum matrimonii impediatur matrimonium. Et uidetur quod non, quia matrimonium 5 est perfectum, dato quod non sequatur actus matrimonialis. Ergo illud quod solum impedit actum, non habet impedire matrimonium; set impotentia de qua loquimur, solum respicit actum; ergo non impedit matrimonium.

[2] Item sicut impotentia impedit actum matrimonii, ita uoluntas 10 continendi; set uoluntas continendi non impedit matrimonium, ut patet inter Mariam et Ioseph; ergo nec impotentia.

VI46va [3] In contrarium arguitur | quia nullus potest se obligare ad
M298rb impossibile; set per matrimonium obligatur quilibet coniugum ad reddendum alteri debitum; ergo qui non possunt debitum reddere, 15 non possunt se ad matrimonium obligare.

[4] Ad idem est quod dicitur *Extra*, ‘De frigidis et maleficiatis’, cap. 1, quod *sicut puer, qui non potest reddere debitum, non est aptus*

matrimonio, sic impotentes minime apti ad contrahenda matrimonia
 20 *reputantur.* | *K61va*

[5] Responsio. Distinguendum est de impotentia, quia alia est naturalis, alia accidentalis; et quelibet istarum uel est perpetua uel temporalis. | Naturalis impotentia triplex est: una in uiro, scilicet frigiditas; alia in muliere, scilicet arctatio uel aliud impedimentum naturalis membri, ut habetur ‘De frigidis et maleficiatis’, in illo cap. ‘Ex literis’; tertia est defectus | etatis in utroque, ut in pueris. Accidentalis uero impotentia contingit ex duobus, scilicet ex maleficio uel ex sectione seu castratione, que sectio seu castratio locum habet solum in uiris. Horum autem impedimentorum frigiditas et arctatio quibus
 25 non potest subueniri opere medicorum, sunt perpetua impedimenta, ut habetur in preallegato capitulo, similiter sectio et castratio et maleficio quod deleri non potest. Temporalia uero impedimenta sunt frigiditas et arctatio quibus potest subueniri, et maleficio quod potest deleri.
 30

35 [6] Hiis suppositis dicendum est primo | quod omnis impotentia naturalis uel accidentalis, si sit perpetua et antecedens matrimonium, *E58ra*

impedit ipsum contrahendum et dirimit contractum, non autem si sit temporalis. Secundo uidendum qualiter cognoscatur impedimentum esse perpetuum et qualiter | sit procedendum ad diuortium.

M298va

O254v [7] Ratio primi est, quia per matrimonium transfertur potestas 40

corporis unius coniugis in alterum quoad reddendum debitum, ut habetur I C o r. 7; set nullus potest transferre in alterum illud quod non

Na121rb

habet. Ergo qui non habet | potestatem reddendi debitum, non potest cum altero contrahere matrimonium. Quod est intelligendum quando impotentia precedit; si enim sequatur matrimonium prius rite contractum, non dirimit ipsum; si etiam impotentia esset temporalis, cui posset medicine beneficio subueniri, non dirimeret ipsum. 45

[8] Quantum ad secundum, scilicet qualiter probetur impotentia, sciendum est quod quandoque cognoscitur probatione uera per aspectum corporis, ut in castratione, uel arctatione mulieris, uel probatione 50 presumpta, quando triennio cohabitantes et bona fide actui carnali operam dantes non potuerunt se cognoscere. Et tunc aut uterque proclamat ad iudicium et profitetur impedimentum et in hoc casu propter periculum collusionis uterque iurabit quod bona fide operam dederunt nec conuenire potuerunt, cum septima manu propinquorum 55

O255r

eorum statum et personas cognoscentium, ut | habetur 33, q. 1, cap.

‘Quod autem interrogasti’; ‘De hiis requisisti’, aut alter confitetur et alter negat. Et tunc aut uir prouocat ad separationem aut mulier. Si uir, incumbit ei probatio | uxore negante, quia uir actor est, et actore *P141ra(bis)*
 60 non probante, reus. Et si nichil prestiterit, optinebit. Si mulier prouocat uiro contrarium asserente, creditur uiro, quia caput est mulieris, 33, q. 1, ‘Si quis acceperit’, nisi mulier aspectu corporis uelit probare uirum mentitum. Separatione uero facta causa frigiditatis | datur *M298vb*
 uxori licentia contrahendi, frigidus uero sine spe coniugii remaneat. | *Z195rb*
 65 Quod si contrahat et secundam cognouerit, cogatur redire ad primam, quia constat ecclesiam fuisse deceptam | in iudicando perpetuum *V146vb*
 impedimentum quod fuit temporale, ut habetur *Extra*, ‘De frigidis et maleficiatis’, cap. ‘Laudabilem’.

[9] Quando uero fit diuortium ratione maleficii, datur utrique
 70 licentia contrahendi, ut habetur 33, q. 1, cap. ‘Si per sortiarias’, in fine. Et causa est quia frigiditas est impedimentum generale respectu cuiuslibet; propter hoc qui impotens est ratione frigiditatis respectu

unius, impotens est respectu cuiuslibet alterius. Set maleficium est
 impedimentum particulare respectu unius; et ideo conceditur quod
O255v possit alteri nubere. Set si redierit potentia cognoscendi primam, | 75
 reintegrabitur matrimonium, quia constat ecclesiam fuisse deceptam.
 Quando uero propter arctationem mulieris separatur matrimonium,
 mulier debet remanere sine coniugio. Si uero nubat alteri a quo
 cognoscatur, numquid reintegrabitur primum matrimonium?
 Dicendum est quod sic, si primus uir et secundus sunt similis nature 80
K61vb et complexionis, quia sicut est cognoscibilis a secundo, sic fuit |
 cognoscibilis a primo. Et sic loquitur decretalis titulo preallegato, cap.
 ‘Fraternitatis’. Si uero sunt complexionis notabiliter distantis, ratione
 cuius mulier numquam fuisset cognoscibilis a primo immediate per
A158va ipsum, | licet efficiatur ei cognoscibilis per usum secundi, non debet 85
 matrimonium primum reintegrari, quia mulier arcta simpliciter inepta
 est ad contrahendum cum illo a quo immediate non potest cognosci;
M299ra non enim est licitum ut fiat ei cognoscibilis per alterum. |
 [10] Ad primum argumentum dicendum quod impotentia
L56ra perpetua non solum impedit actum, set obligationem | in qua consistit 90
E58rb essentialiter matrimonium, quia nullus potest transferre in alterum |
 illud quod non habet nec habere potest.

[11] Per idem patet ad secundum, quia uoluntas continendi
impedit solum actum, et non obligationem, impotentia uero
95 impedit utrumque.

<DISTINCTIO TRIGESIMA QUINTA

QUESTIO PRIMA

VTRVM LICEAT VXOREM DIMITTERE CAUSA FORNICATIONIS>

O256r [1] *Hoc etiam notandum* etc. Circa distinctionem istam primo queritur utrum liceat uxorem dimittere causa fornicationis. Videtur quod non, 5 quia *magis principale est in matrimonio bonum prolis quam bonum fidei; set propter defectum prolis, scilicet propter sterilitatem, non potest uxor dimitti; ergo nec propter defectum fidei, scilicet propter fornicationem.*

Na121va [2] Item *maius peccatum est quando uterque fornicatur quam | quando alter tantum; set secundum iura in primo casu non debet fieri sepa- 10 ratio; ergo nec in secundo.*

P141rb(bis) [3] In contrarium est quod dicitur *M a t h . 19* quod non licet uiro dimittere uxorem | excepta causa fornicationis; ergo propter fornicationem licet.

[4] Responsio. Videnda sunt tria: primum est an propter fornicationem licitum sit uxorem dimittere; secundum est utrum possit dimitti absque iudicio ecclesie; tertium est utrum sit necessarium eam dimittere. 15

- Quantum ad primum dicendum est quod licitum est uiro innocen-
 20 ti uxorem dimittere fornicantem. Cuius ratio est quia peccans contra
 fedus matrimonii iuste debet priuari iure quod habet ratione matri-
 monii; set coniunx fornicans peccat contra ius matrimonii quo coniu-
 ges sibi tenentur ad fidem seruandam; ergo merito priuari debet | iure *M299rb*
 quod habet in alio ratione matrimonii; illud autem est exactio debiti
 25 ex parte eius et redditio ex parte alterius et cohabitatio eorum simul;
 ergo propter fornicationem debet | istis priuari, quod fit per diuortium *O256v*
 inter uxorem et uirum. Et ideo *ex naturali equitate in odium adulteri*
fidem non seruantis et in fauorem innocentis fidem seruantis introductum
 est diuortium.
- 30 [5] Propter quod *in casibus in quibus non est culpa uxoris adulte-*
rantis uel adiungitur culpa uiri, non licet uxorem dimittere. Et hii *sunt*
septem: primus est quando uir de fornicatione conuincitur sicut et mu-
 lier, ut habetur 32, q. 3, per totum, et *Ex t r a*, ‘De diuortiis’, cap.
 ‘Significasti’; | tunc enim crimina mutua pari compensatione delen- *V147ra*
 35 tur; secundus est quando uir uxorem prostituit, *Ex t r a*, ‘De eo qui
 cognouit consanguineam uxoris sue’, cap. ‘Discretionem’; tertius est
 cum mulier credens probabiliter uirum suum mortuum nubit alteri
 et uiro redeunte statim ab altero recedit, ut 34, q. 1 et 2, que simul

terminatur, cap. ‘Cum per bellicam’; quartus est cum mulier ab alio cognoscitur sub specie uiri sui, quia credit eum esse uirum suum, 34, 40 q. 2, ‘In lectum’; quintus est quando ab aliquo uiolenter opprimitur, quod est intelligendum de ui absoluta, non per metum, 32, q. 5, ‘Proposito’; sextus est quando uir reconciliat sibi uxorem post adulterium uel publice adulterantem retinuit, ut 32, q. 1, cap. 1 et 2 et 3; septimus est | quando aliqui contrahunt in infidelitate et uir dat uxori libellum 45
M299va repudii que post | repudium contrahit cum altero. Si post uterque conuertitur ad fidem, cogitur uir recipere uxorem, nec potest ei obicere crimen fornicationis, ut habetur *E x t r a*, ‘De diuortiis’, cap. ‘Gaudeamus’. In hoc autem uir et mulier ad paria iudicantur, licet non ex pari causa; quia sicut licet uiro uxorem dimittere ob fornicationem, ita 50 licet uxori dimittere uirum. Plus tamen peccat contra iura matrimonii mulier fornicans quam uir; nam mulier peccat contra bonum fidei
K62ra et contra bonum prolis propter incertitudinem, uir autem | peccat contra bonum fidei solum. Vtraque tamen causa sufficit ad celebrandum diuortium. Nomine autem fornicationis intelligitur hic non so- 55
Z195va lum | culpa secundum usum naturalem, set etiam contra naturam, ut sodomia; set non nominatur propter turpitudinem criminis. Spiritualis etiam fornicatio in qua quis persistit et non penitet, sufficit ad

diuortium, ut habetur *Ex t r a*, ‘De conuersione coniugatorum’, cap.

60 ultimo. Et sic patet primum.

[6] Quantum ad secundum, utrum | uir possit dimittere uxorem *E58va*
fornicantem absque iudicio ecclesie, sciendum est quod *uxor fornicans*
potest dimitti | dupliciter: aut quoad thorum solum | aut quoad thorum *O275v*
et cohabitationem. Primo modo uir uxorem de cuius fornicatione constat *L56rb*

65 sibi, *potest auctoritate sua dimittere et ei debitum negare quousque com-*
pellatur auctoritate ecclesie. Et si ante uoluntarie reddat debitum, incur-
rit notam irregularitatis et generat sibi preiudicium accusationis. Si au-
tem compulsus reddat, incurrit quidem | notam irregularitatis, ad quam *Na121vb*
sufficit factum, | set non generat sibi preiudicium accusationis. Secundo *M299vb*

70 *modo*, scilicet quoad thorum et cohabitationem, non debet dimitti
uxor fornicans nisi *iudicio ecclesie*, quia nullus debet esse iudex in causa
sua, et publica pena, sicut est talis separatio, debet infligi per publicum
iudicium. Et si dimissa fuerit, debet uir cogi ad recipiendum eam nisi
75 in continenti probet fornicationem. Et quia talis dimissio *uocatur di-*
uortium, idcirco *diuortium non debet fieri absque iudicio ecclesie*. Et sic
patet secundum.

[7] Quantum ad tertium sciendum est quod *fornicatio coniugis aut est occulta que probari non potest, et propter talem non est necessarium, immo nec licitum dimittere coniugem quantum ad cohabitacionem, licet | posset dimitti quoad thorum uel alia pena puniri* 80
O258r *ad correctionem, aut est manifesta | que probari potest; et tunc aut est*
P141va(bis) *secuta correctio in re aut in spe, aut perseuerat in malitia. In primo casu non est necessarium uxorem dimittere, quia separatio ad correctionem introducta est; pena uero corrigens non de necessitate requiritur ubi correctio precessit uel in breui probabiliter speratur. In secundo casu* 85
VI47rb *necessarium est uxorem dimittere ne uir, qui in hoc casu tenetur uxorem corrigere, dissimulando uideatur fauere crimen uxoris. Et sic sunt intelligende auctoritates | que ponuntur in litera, que habentur cum multis aliis, 32, q. 1, in pluribus capitulis. Quod intelligo nisi alio modo eam cohibere possit detinendo in carcere uel clausam, uel* 90
M300ra *alio modo licito. Tunc enim non tenetur | eam dimittere, | quia per consequens teneretur continere, ad quod tamen nullus tenetur, nisi ex causa multum euidenti compellatur. QUIDAM etiam dicunt quod*
A158vb *quamuis non speretur de correctione uxoris, uir potest eam secreta ad thorum recipere, set non | publice cohabitare propter scandalum, quod* 95
O258v

non uidetur omnino irrationabiliter dictum. De muliere autem utrum teneatur uirum publice fornicantem et non corrigentem se dimittere, durum est dicere quod teneatur, propter imbecillitatem sexus muliebris et quia non habet parem auctoritatem ad correctionem uiri, maxime
100 quoad cohabitationem in qua uir est caput mulieris, et quia hoc esset quam leuiter dampnare multas mulieres.

[8] Ad primum argumentum dicendum quod *quamuis matrimonium principaliter ordinetur ad bonum prolis, tamen fornicatio magis est contra iura matrimonii quam sterilitas, quia per fornicationem fit iniuria*
105 *coniugi, non autem per sterilitatem.* Item sterilitas non est culpabilis, cum insit a natura, fornicatio autem est culpabilis et preiudicialis alteri.

[9] Ad secundum dicendum quod quamuis maior sit fornicatio duorum quam unius, *tamen unus non habet actionem contra alterum, quia paria crimina pari compensatione delentur.* Vbi autem alter est
110 innocens, habet actionem contra fornicantem, propter quod potest agere ad separationem.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM DIMITTENS VXOREM OB FORNICATIONEM
POSSIT ALTERI NVBERE>

O259r [1] Secundo queritur utrum dimittens uxorem ob fornicationem pos-
K62rb sit alteri | nubere. Videtur quod sic, quia non tenetur coniunx coniugi 5
 per uinculum matrimonii nisi ad reddendum debitum et ad cohabita-
E58vb tionem. Set per diuortium | absoluitur coniunx innocens a fornicante
M300rb quantum ad | utrumque; ergo absoluitur a tota obligatione matrimonii
 et sic potest alteri nubere.

[2] Item *M a t t h . 19* dicit DOMINUS: *Quicumque dimiserit uxorem* 10
suam nisi ob fornicationem et aliam duxerit, mechatur; ergo saltem prop-
 ter fornicationem licet uxorem dimittere et alteri nubere.

[3] In contrarium est quod dicit APOSTOLVS *I C o r . 7*: *Hiis qui*
matrimonio iuncti sunt, precipio non ego, set Dominus, uxorem a uiro non
discedere, quod si discesserit, manere innuptam aut uiro suo reconciliari. 15
Na122ra Idem intelligitur | de uiro respectu uxoris secundum AVGVSTINVM.

[4] Responso. | Videnda sunt duo: primum est an uir dimittens uxorem suam ob fornicationem possit alteri nubere; secundo, supposito quod non, utrum possit uxorem dimissam reconciliare. L56va

20 Quantum ad primum dicendum est simpliciter quod uir dimittens uxorem suam propter fornicationem non potest alteri nubere, nec uxor dimittens uirum propter eandem causam. | Cuius ratio duplex est: prima quia in noua lege non licet uni uiro habere plures uxores; set istud sequeretur si uiro dimittenti uxorem liceret alteram ducere; ergo etc. O259v

25 Probatio minoris: uinculum matrimonii non soluitur per sententiam diuortii. Dicit enim AVGVSTINVS: *Inter uiuentes manet coniugale uinculum quod nec separatio nec cum altero iunctio potest auferre*, ut habetur 32, q. 7, cap. 'Vsque adeo', et cap. 1, 'Interueniente diuortio'. Separatio enim matrimonii quantum ad uinculum non potest esse nisi per

30 precedens impedimentum quod reddit | sequens matrimonium nullum, licet separatio quoad | cohabitationem et thorum possit esse per fornicationem superuenientem manente uinculo matrimonii, et hoc fit Z195vb
M300va

per diuortium. Secunda ratio talis est: diuortium introductum est in fauorem innocentis et odium nocentis; set | si per diuortium | separare-

35 tur uinculum matrimonii, tunc esset eque uel plus in fauorem nocentis sicut innocentis; ergo per diuortium non soluitur matrimonium. Pro- P141vb(bis)
V147va

batio minoris: si enim per diuortium solueretur matrimonium, tunc
O260r sicut uir innocens posset aliam ducere, sic et mulier fornicans | posset
 ducere alium uirum, cum nullum obstaret ei aliud impedimentum; et
 sic adulterari uolentes haberent uiam querendi alia matrimonia, quod 40
 est inconueniens.

[5] Quantum ad secundum sciendum est quod aut uxor correcta est
 de peccato, aut manet incorrigibilis. Si manet incorrigibilis, uiro non
 licet eam sibi reconciliare ea ratione qua non licebat eam nolentem a
 peccato desistere retinere. Si autem est correcta, potest eam uir sibi 45
 reconciliare, cum, ut sepe dictum est, diuortium sit introductum in
 fauorem innocentis. Vbi autem patet correctio uxoris, licet uiro re-
 nuntiare iuri suo. In casu uero in quo potest fieri reconciliatio, aut
 concordat uterque in reconciliationem, et tunc debet fieri, aut uterque
 discordat, et tunc non debet, aut alter concordat, alter non; aut ergo 50
 innocens petit sibi reconciliari nocentem, et tunc debet cogi nocens
 ad reconciliationem, cum innocens per diuortium non amiserit ius
M300vb quod habet in altero; aut nocens petit innocentem, et tunc | non debet
O260v cogi, quia penitentia non tollit actionem, 33, q. 2, cap. 'Admonere', |

55 et multo minus exceptionem, quia facilius tollitur actio quam exceptio, ar. ff. ‘De superficiebus’, l. 1., § ‘Quod autem’, et ff. ‘De regulis iuris’, l. ‘Inuito’, § ‘Cui damus’. Preterea, quod uir dimittat uxorem adulteram lex est, ut 32, q. 1, ‘Dicit Dominus’; et quod legis est in penitentia non deletur sicut nec in baptismo, 26., dist. ‘Vna tantum’.

60 *Quod enim peccatum non est, solui | inter peccata credi non debet*, ut 26 *K62va* dist. ‘Deinde’, in fine. Aut nocens petit nocentem, ut mulier que prius erat fornicata, uirum qui post diuortium est fornicatus, et in hoc casu est duplex opinio.

[6] Vna fratris RAYMVNDI IN S u m m a sua, qui dicit se credere quod 65 ecclesia ex officio suo debeat compellere uirum ad uxorem suam recipendam | argumentum sumens ex eo quod habetur E x t r a, ‘De diuortiiis’, cap. ‘Ex literis’. GAVFRIDVS tamen tenet contrarium in S u m m a sua triplici ratione: Prima est, quia sententia bene lata non debet retractari, ut 6, q. 4, ‘Quod semel bene diffinitum est’; set sententia *E59ra*

diuortii supponitur inter tales rite lata; ergo non debet retractari. Se- 70
 cunda ratio est quia seruitus amissa non renascitur secundum i u r a
Na122rb ciuilia, ff. ‘De solutione’, l. ‘Titium’, § ‘Aream’; | set uxor fornicans per
 sententiam diuortii amisit seruitutem quam habebat in corpore uiri;
L56vb ergo illa non renascitur ex crimine | uiri sequente. Tertia ratio est quia
A159ra licet exceptio criminis tollatur per replicationem criminis, ut 32, q. 6, 75
O261r per totum, et E x t r a, ‘De diuortiiis’, | ‘Significasti’, exceptio tamen rei
 iudicate per sequens crimen non tollitur. Set uir habet contra uxorem
 exceptionem rei iudicate; hec ergo exceptio non tollitur per sequentem
M301ra fornicationem uiri. Et respondet | GAVFRIDVS ad illam decretalem ‘Ex
 literis’, quia ibi non fuit facta separatio per sententiam, set per proui- 80
 dentiam episcopi ut interim inuestigaret an ex colludio mulier confite-
 retur adulterium; unde postea detecto colludio reuocata est separatio.
V147vb [7] Puto quod media uia potest | teneri, hec scilicet quod secundum
 iudicium forense uir post diuortium fornicatus non debet cogi ad uxo-
 rem redire, set secundum iudicium conscientie tenetur redire ad eam 85
 correctam, nisi uelit ad sacros ordines promoueri, quia tunc preiudica-
P142ra ret sibi | cognoscendo uxorem prius fornicatam. Et huius ratio est quia
 in hoc casu cessat tota causa diuortii, quia non cedit in fauorem uiri

nec ad correctionem mulieris, que iam secuta est, set potius exponitur
90 periculo incontinentie.

[8] Ad primum argumentum respondetur communiter quod per
diuortium soluitur obligatio quoad thorum et cohabitationem, set non
soluitur uinculum | matrimonii. Set contra hoc est quod uinculum ma- *O261v*
trimonii non est aliud quam obligatio ad predicta. Ideo potest aliter
95 dici quod obligatio non tollitur, set redditur inefficax ad agendum, quia
si uxor fornicans petat restitutionem quoad thorum et cohabitationem,
repellitur per exceptionem rei iudicate.

[9] Ad secundum similiter consuevit dici quod illa exceptio DOMI-
NI M a t h . 19 refertur ad partem dicti, scilicet ad dimissionem uxo-
100 ris, et non ad totum. Set istud non est bene clarum, quia exclusa altera
parte exceptio non habet locum, ut si dicatur: “Quicumque dimiserit
uxorem excepta causa fornicationis, mechatur”, falsum est, quia ex sola
dimissione uxoris nullus est mechatus, nisi intelligatur quod ‘mecha-
tur’, id est: facit | eam mechari, quia dat occasionem mechandi. Potest *M301rb*
105 tamen aliter dici quod illud ueritatem habet in casu in quo DOMINVS
loquitur referendo exceptionem ad totum dictum, quia in repudio
propter fornicationem secundum ueterem legem adultera lapidabatur.
Quod si seruaretur in noua lege, | sicut alicubi, sicut in Hispania fit, *O262r*
tunc liceret uiro uxore | repudiata alteram ducere nec tamen plures *Z196ra*
110 haberet simul, quia prima lapidaretur.

<DISTINCTIO TRIGESIMA SEXTA
QUESTIO PRIMA
VTRVM SERVITVS IMPEDIAT MATRIMONIVM>

[1] *Nunc de condicione uideamus.* Circa distinctionem istam primo queritur utrum seruitus impediat matrimonium. Videtur quod non, 5
quia grauior condicio in coniuge est lepra quam seruitus; set lepra non impedit matrimonium; ergo nec seruitus.

[2] Item ius posituum non potest preiudicare iuri naturali; set ma-
K62vb trimonium est | de iure naturali, seruitus de iure posituo; ergo seruitus non potest preiudicare matrimonio. 10

[3] In contrarium est quod dicitur *Extra*, ‘De coniugio seruorum’, *quod error condicionis impedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum.*

[4] Responsio. Seruitus aut potest superuenire matrimonio iam contracto aut ipsum precedere. Superuenire quidem potest ex parte uiri 15
E59rb ignorante | et contradicente uxore, set non ex parte uxoris ignorante uel contradicente uiro. Cuius ratio est quia uir obligatur uxori solum

- in hiis que | pertinent ad redditionem debiti, in aliis autem est sui iuris.* P142rb
 Idcirco *saluo iure uxoris potest* in ceteris *se dare* alteri in seruum, uxor
 20 uero obligatur | uiro ad redditionem debiti et subditur ei in ceteris O262v
 que pertinent ad *regimem domus et familie; uir enim est caput mulieris,*
et ideo mulier non potest alteri se in seruitutem concedere sine consensu
uiri. Seruitus | autem sic superueniens | matrimonium non dirimit, Na122va
 nec quoad uinculum, nec quoad thorum: non quoad uinculum, quia M301va
 25 illud, postquam est rite contractum, est indissolubile nisi per mortem
 spirituales uel carnales; *nec quoad thorum, quia seruitus acquisita est*
saluo iure uxoris. Vnde domino aliquid | petente a seruo | et uxore debi- L57ra
tum exigente, magis tenetur obedire uxori quam domino; de hoc habetur V148ra
 29, q. 2, ‘Perlatum est’.
- 30 [5] De seruitute autem que antecedit matrimonium, dicendum quod
 de se non impedit matrimonium, set ignorantia eius, respectu persone
 condicionis melioris. Quod non impedit, de se patet, quia illud quod
 impedit de se matrimonium, equaliter impedit, siue sciatur, siue igno-
 retur, ut patet de consanguinitate; set seruitus unius cognita ab altero
 35 non impedit matrimonium, ut habetur 29, q. 2, in pluribus capitulis et
 E x t r a , ‘De coniugio seruorum’, cap. 2 et ultimo; ergo seruitus de se | O263r
 non impedit matrimonium. Item nec ignorantia in persona paris condi-
 tionis impedit ipsum, quia nullus potest petere maiorem obligationem

quam ipse possit facere; set seruus non potest maiorem obligationem
 facere quam ancilla, nec econuerso; ergo si seruus contrahit cum ancilla 40
 quam credit liberam, uel ancilla cum seruo quem credit liberum, non
 propter hoc est matrimonium dirimendum. Ignorantia autem seruitutis
 respectu persone libere condicionis impedit matrimonium rationabili-
 ter, quia alter sine culpa sua leditur non qualicumque lesione, set graui,
 et in prole que efficitur deterioris condicionis, nec est in plena potestate 45
 A159rb parentis ad | religiose educandum et in bono fidei, quia seruus uel
 ancilla non possunt libere reddere debitum domino petente seruitium,
 M301vb et in bono sacramenti, hoc est in inseparabilitate cohabitationis, | quia
 dominus potest seruum ad longinquas partes mittere uel alteri uendere.
 Et ideo ex naturali equitate prouisum est ut error deterioris condicionis 50
 impediatur matrimonium contrahendum et dirimat iam contractum, nisi
 O263v ratificetur per sequentem consensum tacitum | uel expressum, sicut
 habetur expresse 29, q. 2, ‘Si quis ingenuus’.

[6] Ad primum argumentum *dicendum quod lepra non impedit
 matrimonium quantum ad primum actum suum, quin leprosi possint 55*
mutuo sibi reddere debitum et libere, quamuis aliqua grauamina inferat
matrimonio quantum ad secundos actus. Non sic autem est de seruitute,
ut dictum est; et ideo minus impedit lepra quam seruitus.

[7] Ad secundum dicendum quod in hoc ius posituum non con-
 trariatur iuri naturali, set determinat ipsum, quia de iure naturali so- 60

lum est quod quilibet contrahere possit non habens naturale impedimentum. Set quis cum qua debeat contrahere, determinatur per ius posituum, per quod rationabiliter determinatur ut non teneat contractus liberi cum ancilla, quando ignoratur condicio seruitutis propter
 65 causas dictas.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM SERVVS POSSIT CONTRAHERE MATRIMONIVM

SINE CONSENSV DOMINI SVI>

- [1] Secundo queritur utrum servus possit contrahere matrimonium
 5 sine consensu domini sui. Arguitur quod non, quia *fauorabilior est obligatio qua homo obligat se Deo quam illa qua uir obligat se uxori per matrimonium; set servus sine consensu domini non potest obligare se Deo per uotum religionis uel susceptionem | ordinis; ergo multo minus sine* K63ra
eius | consensu potest se obligare per matrimonium. O264r
- 10 [2] Item *nullus potest alteri dare quod est alterius sine consensu eius, set servus est res domini; ergo non potest contrahendo matrimonium dare |* E59va
potestatem corporis sui uxori sine consensu domini. | M302ra

[3] In contrarium est quod dicitur Gal. 3 quod in Christo Iesu *non est seruus neque liber*. Et ideo a susceptione matrimonii quod est sacramentum Christi, non debet prohiberi neque seruus, neque liber, 15
ut allegatur *Ex t r a*, ‘De coniugio seruorum’, cap. 1.

[4] Responsio. Dicendum simpliciter quod seruus potest contrahere matrimonium ignorante uel contradicente domino. Cuius ratio est quia sicut dictum est in precedenti questione, ius posituum determinat ius naturale, set ei non preiudicat; matrimonium autem est 20
Na122vb de iure naturali, | seruitus autem de iure posituum; ergo per seruitutem
V148rb nullus potest impediri totaliter a matrimonio. Minor | patet, quia sicut
P142va appetitus naturalis est ad conseruationem indiuidui per comestionem,
ita ad conseruationem | speciei per generationem. Et ideo sicut seruus
non subditur domino quin possit comedere et bibere et ea que sunt 25
necessaria corpori facere, sine quibus natura conseruari non potest,
ita non subditur ei quin possit matrimonium contrahere domino
Z196rb ignorante uel et contradicente. Hoc autem | interest, quod si seruus
contraxisset domino sciente et permittente, magis teneretur reddere
O264v debitum uxori quam seruitium domino quando utrumque non posset | 30
L57rb fieri, quia dominus qui scienter concessit principale, uidetur concessisse
et accessorium. | Si autem domino ignorante aut contradicente, tunc

magis tenetur impendere seruitium domino quam reddere debitum uxori, nisi notabile periculum immineret de incontinentia uxoris et
 35 modicum dampnum domino de subtractione seruitii pro tempore illo.
Hec enim et similia considerari debent in actibus humanis qui multum uariantur circumstantiis particularibus uariatis.

[5] Ad primum argumentum dicendum *quod per religionem et ordinis | susceptionem obligatur aliquis diuinis obsequiis quantum ad* M302rb
 40 *totum tempus; set uir tenetur reddere debitum uxori non semper, set congruis temporibus; et ideo non est simile* hinc et inde. Vel melius, quia per religionem et ordinis susceptionem subicitur homo prelato quantum ad opera uoluntaria naturalibus superaddita in quibus seruus obligatur domino suo; set per matrimonium non obligatur uir uxori nisi
 45 quoad opera naturalia in quibus est liber; et ideo maius preiudicium fit domino si seruus sine consensu eius ordinetur uel ingrediatur religionem, quam si contrahat matrimonium.

[6] Ad secundum dicendum quod seruus est res domini quantum ad ea que naturalibus superadduntur; set quantum ad actus naturales
 50 qui sunt necessarii uel ad conseruationem indiuidui, | ut comedere, uel O265r
 ad conseruationem speciei, sicut contrahere matrimonium, non est res eius; et ideo transferre potest in alterum sine eius consensu.

[7] Argumentum in oppositum quamuis sit ad ueram conclusionem, tamen parum ualet, quia secundum sententiam APOSTOLI seruus et liber non differunt quantum ad ea que sunt de necessitate salutis, set 55 de susceptione sacramentorum non loquitur. Nam et seruus non debet ordinari sine licentia domini, cum tamen ordo sit uerius sacramentum quam matrimonium, quamuis si ordinetur, characterem recipiat. Nos autem querimus utrum liceat seruo inuito domino contrahere matrimonium, et non solum an contractum teneat; et dicimus quod potest 60 et licet.

<DISTINCTIO TRIGESIMA SEPTIMA
 QUESTIO PRIMA
 VTRVM SACER ORDO IMPEDIAT MATRIMONIVM>

[1] *Sunt igitur quidam* etc. Circa istam distinctionem primo queritur
 5 utrum sacer ordo impediat matrimonium. Videtur quod non, quia hoc
 esset aut ratione ordinis | aut ratione uoti annexi aut ratione statuti *M302va*
 ecclesiastici. Non ratione ordinis, quia sic omnis ordo impediret,
 quod non est uerum de minoribus ordinibus, ut habetur 28 dist., ‘De
 hiis’; nec ratione uoti annexi, quia tunc ordo et uotum non essent
 10 duo impedimenta matrimonii, set unum; nec ratione statuti, quia
 matrimonium | contractum contra interdictum ecclesie non dirimitur, *O265v*
 et sic ordo sacer licet impediret | matrimonium contrahendum, saltem *K63rb*
 non | dirimeret contractum. *E59vb*

[2] Item nichil impedit matrimonium nisi quod habet aliquam op-
 15 positionem ad ipsum; set ordo sacer nullam habet oppositionem ad
 matrimonium; ergo etc. Probatio minoris: sicut uirtus non opponi-

Na123ra tur uirtuti, ita nec sacramentum sacramento, ut uidetur; | utrumque
autem, tam ordo quam matrimonium est sacramentum.

[3] In contrarium est, quod dicitur in litera, et habetur 32 dist.,
V148va 'Placuit episcopos': *presbyteros, dyaconos, | subdyaconos secundum* 20
A159va *instituta ab uxoribus | abstinere, quod nisi fecerint, ab ecclesiastico*
remoueantur officio; ceteros uero clericos ad hoc non cogi.

[4] Responso. Sicut dictum fuit supra, dist. 24, ordinum quidam
dicuntur sacri, quidam non sacri. Sacri sunt quorum actus ordinantur
ad sacrificium altaris in conficiendo ipsum uel preparando materiam, 25
ut subdyaconatus, uel offerendo eam sacerdoti, ut dyaconatus, uel in
consecrando ipsam, ut sacerdotium. Et dicuntur sacri, quia ordinati
in eis habent sacra tangere. Non sacri sunt quorum actus ordinantur
O266r ad disponendum | populum uel remouendum malum hominem, ut
M302vb ostiarius, uel malum demonem, | ut exorcista, uel in disponendo ad 30
bonum, siue secundum intellectum, ut lector, siue secundum affectum,
ut acoliti; et dicuntur non sacri, quia promoti in eis non habent tangere
sacra. Hoc supposito dicendum est quod ordo sacer habet impedire
matrimonium contrahendum et dirimere contractum ex se quidem
dispositiue, set ex statuto ecclesie completiue. Quod patet sic: minister 35
P142vb debet congruere ministerio ad quod ordinatur; | set constituti in sacris

non congruerent ministerio ad quod ordinantur, si contraherent; ergo constituti in sacris non debent contrahere. Minor declaratur, quia *clerici in sacris sunt ministri Dei quoad confectionem et dispensationem* mysteriorum
 40 *diuinorum; sunt etiam ministri ecclesie quoad dispensationem rerum ecclesiasticarum. Ad ministerium uero diuinum digne exequendum sunt duo necessaria: unum a parte | corporis, scilicet puritas actionis, ut possint diuina* L57va
munde tractare, et libertas contemplationis, ut possint libere spiritualibus
 | intendere. Vtrumque autem horum impedit matrimonium, quia tollit O266v
 45 *puritatem, quia maculat corpus, et contemplationem, quia occupat circa negotia seculi, propter quod tollit idoneitatem ad diuinum ministerium. Similiter ad ministerium ecclesiasticum duo sunt necessaria: diligentia in administrando et cautela in conseruando. Matrimonium impedit diligentiam, quia occupatus circa propria minus curat de communibus; impedit etiam cautelam, quia in priuatos usus uxoris et filiorum faceret expendi bona pauperum.* Et ideo | non congruit quod promoti in sacris Z196va
 50 possint matrimonium contrahere. Huic autem congruentie superueniens statutum ecclesie fecit clericos | in sacris constitutos personas simpliciter M303ra
 55 dirimi debeant tamquam nulla, ut habetur expresse *Extra* quod

clerici uel uouentes contrahere non possunt, 'Ex literarum'. Et eadem ratione debet eis indici continentia quando ordinantur, in quam siue consentiant, siue non, dum tamen ordinem sacrum suscipiant, ex tunc sunt inepti et illegitimi simpliciter ad contrahendum ex statuto ecclesie.

[5] Ad primum argumentum dicendum quod ordo sacer impedit 60
matrimonium contrahendum et dirimit contractum non ratione
ordinis absolute, set ratione qua sacer ordo, et hoc dispositiue; nec
O267r ratione uoti adiuncti, quia ex nullo statuto uotum potest | adiungi
alicui facto, nisi uouens uoluntarie consentiat, etiam si uerbo diceret
et mente non consentiret, quia uotum est mere uoluntatis, set 65
impedit completiue ex statuto ecclesie facientis personas illegitimas
ad contrahendum postquam sacrum ordinem receperunt. Et quod
Na123rb dicitur quod matrimonium contractum | contra interdictum ecclesie
K63va non dirimitur, | dicendum est quod ecclesia aliqua interdicat simplici
E60ra prohibitione ne fiant, set si | facta fuerint, non irritat; alia uero interdicat 70
V138vb non solum prohibendo ne fiant, set statuendo, ut irritum | sit et inane
si contra statutum fiant. Et tunc non solum prohibetur faciendum,
set irritatur factum. Primo modo interdicitur matrimonium contrahi
tempore feriato et in pluribus casibus, set secundo modo prohibetur in
susceptione ordinis. 75

[6] Ad secundum dicendum quod *matrimonium est sacramentum ecclesie ratione significationis, et quoad hoc non opponitur ordini, et est in officium nature ratione carnalis generationis, et quoad hoc opponitur,*
M303rb | *idest disconuenit ordini sacro propter causas prius dictas.*

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM OCCISIO VXORIS IMPEDIAT MATRIMONIVM>

[1] Secundo queritur utrum occisio uxoris impediatur matrimonium. Et uidetur quod non, quia | *magis peccat qui occidit matrem quam qui occi-* 0267v
 5 *dit uxorem*; set primus non impeditur a matrimonio; ergo nec secundus.

[2] Item occisio uxoris non impedit matrimonium, nisi ratione criminis; set occidere uxorem in adulterio deprehensam non est crimen, ut probabitur; ergo tale uxoricidium non debet impedire matrimonium. Probatio minoris, quia qui occidit uxorem actu in adulterio
 10 deprehensam, nichil iniustum facit, nec contra personam que mortem meruit, nec contra iustitiam publicam, quia lex ciuilis hoc permittit; ergo etc.

[3] In contrarium est quod dicitur 33, q. 2, cap. ‘Interfectores suarum coniugum’, ubi dicitur quod tales *habendi sunt tamquam ho-*
 15 *micide ac per hoc ad penitentiam penitus redigendi quibus coniugium totaliter denegatur.*

[4] Responsio. Videnda sunt duo; primum est an liceat uiro uxorem deprehensam in adulterio occidere; secundum est utrum talis occisio impediatur eum a matrimonio contrahendo.

20 Quantum ad primum sciendum est quod uirum interficere uxorem contingit dupliciter: uno modo per iudicium ciuile, accusando eam criminaliter de adulterio et per | testes legitimos conuincendo et peten- 0268r

do penam mortis a lege uel consuetudine statutam; et hoc licitum est si fiat zelo iustitie, non uindicte, sicut licitum est aliquem de furto uel
P143ra homicidio criminaliter | accusare; set talis accusatio non potest fieri in 25
M303va iudicio ecclesiastico, | quia ecclesia non habet gladium materiale, ut in
L57vb l i t e r a dicitur et in preallegato | capitulo. Alio modo contingit eam
occidere per se ipsum, non in iudicio conuinctam. Et sic eam occidere
extra actum adulterii, quantumcumque sciat eam uir adulteram, non
licet, nec secundum leges ciuiles, nec secundum legem conscientie; set 30
quando actu deprehenditur in adulterio, permittit lex ciuilis uiro eam
interficere, non tamquam aliquid licitum, set quia non infligit penam
que homicidis debetur propter maximum incitamentum quod habet
uir in tali facto ad occisionem uxoris; set secundum iudicium ecclesie
et conscientie non est immunis a reatu pene eterne. Cuius ratio est quia 35
nulli licet quemquam interficere, nisi qui fungitur auctoritate publi-
ca; set uir respectu uxoris non fungitur auctoritate publica; ergo uiro
O268v non licet uxorem interficere. Maior patet, | quia cum quelibet perso-
na singularis sit pars communitatis sicut membrum est pars corporis,
quemadmodum incumbit prescindere membrum quod est putridum 40
et infectiuum corporis soli illi cui commissa est cura corporis, scili-
cet medico, sic occidere personam quamcumque singularem que est
membrum communitatis, quantumcumque sit nociua communitati,
non licet, nisi illi cui commissa est cura communitatis; hoc autem est
A159vb princeps uel ille qui fungitur auctoritate publica; | quare etc. Minor 45
similiter declaratur, quia cum sit duplex congregatio, quedam ycono-

mica sicut in familia, et quedam politica sicut in ciuitate uel regno,
 ille qui preest prime congregationi, non dicitur preesse communitati
 nec fungi auctoritate publica; et ideo ad eum non pertinet | infligere *E60rb*
 50 | penam exterminantem, set solum | penam corrigentem; et sic se *Na123va*
 habet uir in domo | respectu uxoris et familie. Ille autem qui preest *M303vb*
 secunde congregationi, potest infligere penam exterminantem. Et sic *V149ra*
 patet primum.

[5] Quantum ad secundum sciendum est quod uir potest occidere
 55 uxorem ex triplici causa: uno modo persequendo culpam | propter *K63vb*
 adulterium; secundo modo persequendo | naturam, scilicet propter *O269r*
 odium; tertio modo persequendo matrimonium, scilicet quando uir
 interficit uxorem ut contrahat cum adultera. In primis duobus casibus
 uxoricidium impedit | matrimonium contrahendum, set non dirimit *Z196vb*
 60 contractum, similiter in tertio casu respectu aliarum personarum; et si
 timetur probabiliter de incontinentia, potest dispensari ut contrahat;
 respectu uero adultere impedit et dirimit. Sunt et alia crimina que im-
 pediunt matrimonium contrahendum, set non dirimunt contractum,
 sicut incestus, ut 32, q. 7, 'Si quis uiduam', 'Si quis cum nouerca',
 65 raptus sponse aliene, ut 27, q. 2, 'Raptor', et cap. 'Statutum', item
 susceptio proprii filii de sacro fonte ad insidiandum matrimonio, ut 30,

q. 1, 'De eo'; item qui presbyterum occidit, ut *E x t r a*, 'De penitentia et remissione', 'Qui presbyterum', item solempnis penitentia, ut 33, q. 2, 'De hiis' et cap. 'Antiqui', quod est intelligendum quamdiu solempnis penitentia durat. 70

[6] Ad primum argumentum dicendum quod uxoricidium non impedit matrimonium solum ratione criminis, set quia est contra fedus matrimonii. Et quamuis occidere matrem sit grauius peccatum quam *O269v* occidere uxorem, tamen occisio | uxoris est magis contra fedus matrimonii quam occisio matris, et ideo magis impedit matrimonium. 75

[7] Ad secundum dicendum quod occisio uxoris actu deprehense in *M304ra* adulterio, | si fiat extra iudicium, semper est peccatum et iniustum, quia preiudicat persone et reipublice: persone que non debet mori nisi confessa et conuicta in loco iudicii; preiudicat etiam publice iustitie, quia non per publicum iudicium occiditur. Et quamuis lex ciuilis 80 hoc permittat, non tamen ut licitum, set non infligit penam propter maximum incitamentum.

<DISTINCTIO TRIGESIMA OCTAVA
QUESTIO PRIMA
VTRVM VOTVM SOLEMPNE IMPEDIAT MATRIMONIVM
CONTRAHENDVM ET DIRIMAT CONTRACTVM>

5 [1] *Nunc de uoto inspiciamus.* Circa distinctionem istam primo queritur utrum uotum solempne impediat matrimonium contrahendum et dirimat contractum. Et uidetur quod non, quia non maiorem obligationem affert uoto solempnitas quam iuramentum; set iuramentum additum uoto simplici, licet impediat matrimonium contrahendum,
10 non tamen dirimit contractum; ergo nec solempnitas.

[2] Item sicut dicit CELESTINVS in *Decretali*, *apud Deum | non minus obligat uotum simplex quam uotum solempne*; set matrimonium per uotum simplex impeditur, | non tamen dirimitur; ergo similiter est
de uoto solempni. L58ra
O270r

15 [3] In contrarium est quia matrimonium | spirituale melius est quam carnale; set carnale matrimonium contractum impedit aliud P143rb

contrahendum et dirimit contractum; ergo similiter matrimonium spirituale. Set illud contrahitur in solempni uoto continentie secundum illud quod dicitur II Co r. 11: *Despondi enim uos uni uiro, uirginem castam exhibere Christo*; ergo solempne uotum continentie impedit matrimonium contrahendum et dirimit iam contractum. 20

[4] Responsio. Circa questionem istam uidenda sunt tria: primum est quid sit uotum et de quo sit et quorum sit uouere; secundum est quot modis dicitur; tertium quale uotum impediatur matrimonium.

M304rb Quantum ad primum sciendum est quod obligationum | sunt duo 25
genera: quedam enim fit alterius auctoritate, et hec est obligatio precepti;
V149rb alia uero fit ex libera uoluntate, et hec potest fieri Deo uel homini; | si
homini, uocatur communi nomine promissio uel pactum; si Deo, uocatur
uotum. Et adhuc talis promissio potest fieri dupliciter: uno modo,
E60va ut apud Deum solum obliget, et hec fit | per solum actum interiorem 30
Na123vb et uocatur uotum tacitum; alio modo, | ut ecclesia de eo iudicet, et tale
O270v uotum oportet | esse expressum uerbis uel aliquibus uicem uerborum
tenentibus. Et secundum hoc datur duplex diffinitio de uoto: una est
quod *uotum est conceptio melioris propositi animi deliberatione firmata*; et
hec competit uoto tacito. Alia est quam MAGISTER ponit in litera quod 35
uotum est testificatio promissionis spontanee que Deo et de hiis que Dei sunt

fieri debet. Et hoc conuenit uoto expresso. In hac diffinitione | ponitur *K64ra*
 genus uoti, scilicet promissio, et differentia qua differt uotum a precepto,
 cum dicitur spontanee, et illa qua differt uotum expressum a tacito, cum
 40 dicitur testificatio. Tangitur etiam persona cui fit uotum, quia fit Deo
 tantum uel sanctis prout referuntur in Deum, et materia de qua est uo-
 tum, quia de hiis que Dei sunt, idest de hiis que ad Deum nos ordinant.

[5] Ex quo patet statim quod uotum proprie sumptum non potest
 esse de malo nec de indifferenti nec de minori bono nec de bono ne-
 45 cessario. Quod enim est malum, non ordinat nos ad Deum, set potius
 deordinat nos ab eo; indifferens uero sic manens non ordinat nos ad
 Deum; minus uero bonum respectu maioris boni habet rationem mali,
 et ideo non | potest cadere sub uoto in quantum est | impedimentum *M304va*
 maioris boni; bonum etiam necessarium ad quod obligamur ex alterius *O271r*
 50 auctoritate, non pertinet proprie ad uotum, cuius obligatio est ex mera
 uoluntate. Verumptamen quia ad idem potest quis obligari pluribus
 obligationibus, ideo nichil prohibet quin ad illud ad quod obligamur
 per preceptum ex alterius auctoritate, obligemur etiam per uotum ex
 propria uoluntate; set illud est uotum large et improprie | dictum, quia *A160ra*
 55 uotum proprie dictum est solum de hiis que sunt in hominis libertate.

[6] Ex quo similiter patet qui possunt uouere, quia quilibet potest
 uouere ea que sunt in sua libertate et ea in quibus est sui iuris. Et quia li-

bertas uoluntatis supponit actum rationis, ideo pueri ante annos discretionis et furiosi nichil uouere possunt. Vir etiam et mulier, cum neuter sit sui iuris in redditione debiti, neuter potest sine consensu alterius continentiam uouere. Quia tamen uir in ceteris est caput mulieris et ideo
Z197ra sui iuris, mulier | autem sub potestate uiri, ideo licet uiro sine consensu
O271v mulieris | emittere uotum de ceteris, puta de ieiunio, peregrinatione et
 similibus, set mulieri non licet sine consensu uiri. Filius etiam familias subest potestati patris in regimine domus uel familie, non in actibus
L58rb pertinentibus ad dispositionem sue persone; et ideo post annos pubertatis potest sine | consensu patris emittere uotum de ingressu religionis, sicut et contrahere matrimonium. Seruus autem, cum sit domino suo
M304vb subditus in omnibus operibus personalibus et realibus, | nullum uotum potest emittere per quod dominus perdat opera eius uel potestatem in
 ipsum; set alia uota licet ei facere, ut uotum dicendi orationes aliquas, maxime uotum condicionatum, ut si uacauerit ei, dicet hoc uel illud. Et idem dicendum est de religioso, quia quamuis religiosus non teneatur
VI48va obedire prelato suo in omnibus, tamen | tenetur ei obedire in hiis que
P143va ad religionem pertinent quoad omne tempus. Et sic non | potest aliquod uotum emittere nisi condicionatum, scilicet quando ei uacauerit nec erit occupatus ex mandato superioris. Et sic patet primum.
O272r [7] Quantum ad secundum sciendum est quod | uotum distinguitur a MAGISTRO in l i t e r a primo in commune et singulare; singulare

- 80 uero subdistinguitur in simplex uel priuatum et solempne. Prima distinctio uoti est in ea quorum unum proprie participat rationem uoti, aliud uero large et improprie. Nam uotum commune dicitur illud ad quod omnes obligantur de necessitate salutis, quod magis habet rationem precepti quam uoti proprie dicti, sicut abrenunciare diabolo et
- 85 pompis eius, quod | dicitur uotum emissum in baptismo. | Singulare *Na124ra*
uero dicitur ad quod quis se obligat solum ex propria uoluntate. Et *E60vb*
istud est uotum proprie dictum, quod subdistinguitur in priuatum et
solempne; quod MAGISTER exponit dicens, quod uotum priuatum est
quod fit in occulto, solempne uero | quod fit in conspectu ecclesie. Set *K64rb*
- 90 hec est differentia accidentalis, que parum facit ad distinctionem uoti.
Et iterum uotum solempne potest fieri coram uno tantum, uotum uero
simplex coram multis. Et ideo dicendum est aliter quod uotum simplex
differt in duobus | a uoto solempni: primo quantum ad materiam, *M305ra*
quia uotum simplex potest fieri in quacumque materia consilii siue
95 supererogationis, uotum autem | solempne fit in materia perfectissima *O272v*
continentie, obedientie et paupertatis; secundo quoad formam, quia in
uoto simplici fit solum promissio et non traditio seu translatio domini,
in uoto autem solempni fit traditio sui in seruitium Dei; unde et
profitentes actualiter ponunt se in manu prelati uice Dei.
- 100 [8] Ex hoc apparet tertium, scilicet quod uotum simplex impedit
matrimonium contrahendum, set non dirimit contractum; uotum

uero solempne impedit et dirimit. Cuius ratio est, quia res alicui promissa, set nondum tradita, potest in alterum transferri, licet transfere-
 rens peccet contra promissum faciens. Res uero in aliquem translata
 amplius alteri dari non potest. Cum ergo in uoto simplici sit solum 105
 promissio continendi, in uoto uero solempni fit traditio corporis sui
 in manu alterius uice Dei, patet quod post uotum simplex potest quis
 dare potestatem corporis sui coniugi per matrimonium, licet peccet
 faciens contra promissum; propter quod uotum simplex dicitur im-
 pedire matrimonium contrahendum, quia illicite contrahitur, set non 110
 dirimit contractum, quia donum stat. Post uotum autem solempne
 0273r nullus potest potestatem sui corporis alteri | tradere, cum iam eam in
 alterum tradidit uice Dei; et ideo solempne uotum continentie impe-
 dit matrimonium contrahendum et dirimit contractum. Et istud ha-
 betur expresse *Ex t r a*, quod clerici uouentes matrimonium contrahere 115
 M305rb non possunt, | quasi per totum.

[9] QUIDAM ponunt scandalum pro causa, quia transgressio uoti
 solempnis est peccatum et scandalum, transgressio uero uoti simplicis
 est solum peccatum. Set hoc non ualet, quia transgressio uoti simplicis

120 potest esse cum scandalo, utpote quando uenit ad notitiam multorum,
 et transgressio uoti solempnis sine scandalo, utpote si aliquis qui uouit
 solempniter, contrahat in regione longinqua ubi eius condicio igno-
 ratur. ALII dicunt quod illud est propter statutum ecclesie. Set illud
 minus | ualet, quia assignanda esset aliqua ratio statuti. Et iterum si *V149vb*
 125 hoc esset propter solum statutum, ecclesia posset statuere contrarium,
 quod non est uerum. Melius ergo est quod dicatur primo modo, quia
 illa est uera ratio. | *L58va*

[10] Ad primum argumentum dicendum quod solempnitas plus
 addit ad uotum simplex, uel additum supponit quam iuramentum.
 130 Iuramentum enim non addit nisi confirmationem promissionis que
 est in uoto simplici, solempnitas uero addit uel supponit ultra uotum
 simplex traditionem rei promisse, ratione cuius habet impedire | et *O273v*
 dirimere matrimonium contractum, non autem iuramentum.

[11] Ad secundum dicendum quod illa comparatio est intelligenda
 135 quantum ad genus peccati, quia uterque peccat mortaliter transgre-
 diens uotum simplex et uotum solempne, set non quantum ad graui-
 tatem peccati nec quantum ad impedimentum matrimonii propter
 dictas causas.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM IN SOLEMPNI VOTO CONTINENTIE POSSIT
PAPA DISPENSARE>

Z197rb [1] Secundo queritur utrum in solempni uoto continentie possit papa
M305va | dispensare. Videtur quod non, quia si posset, tunc ille cum quo dis- 5
Na124rb pensaret, posset licite | ad seculum reuerti et contrahere matrimonium;
set ponamus quod intrasset religionem post matrimonium initiatum
et non consummatum et eo professo uxor eius contraxisset cum altero,
tunc sequeretur quod aliquis uiuente legitima uxor posset cum alia
A160rb contrahere; | hoc autem non uidetur; quare etc. 10

P143vb [2] Item Ex t r a, 'De statu monachorum', | 'Cum ad monasterium',
E61ra dicitur quod abrenuntiatio proprietatis ita annexa | est regule mona-
chali ut nec contra illam summus pontifex ualeat dispensare; set eodem
K64va | modo annexa est regule monachali custodia castitatis; ergo etc.

[3] In contrarium arguitur quia sicut uotum abstinentie potest uer- 15
gere in periculum corporis, ita uotum continentie; set propter pericu-
lum corporis licitum est dispensare | in uoto abstinentie; ergo propter
O274r eandem causam licitum est dispensare in uoto continentie.

[4] Item secundum BERNARDVM *quod pro caritate institutum est,*
contra caritatem militare non debet; set si non posset dispensari in so- 20
lempni uoto continentie, tunc aliquando militaret contra caritatem,

sicut quando pro dispensatione pax unius regni posset acquiri; ergo in tali casu licet dispensare.

[5] Responsio. Cum uotum ex generali ratione uoti non sit in-
 25 dispensabile (alioquin in casu nullo posset dispensari, quod non est
 uerum) si in solempni uoto continentie non potest dispensari, hoc
 erit uel ratione materie de qua est, uel ratione solempnitatis addite; et
 quantum ad utrumque sunt opiniones. QUIDAM enim dicunt quod in
 uoto continentie non potest dispensari | propter excellentiam materie, *M305vb*
 30 quia omnis dispensatio in uoto requirit compensationem; set conti-
 nentia non potest per bonum aliquod compensari, secundum illud
 quod habetur Eccl i. 26: *Non est digna ponderatio continentis anime,*
 et quia per eam triumphat homo de domestico inimico | et perfectius *O274v*
 conformatur Christo quantum ad puritatem mentis et corporis; ergo
 35 in uoto continentie non potest dispensari propter defectum compen-
 sationis. Set istud non ualet, quia sicut dictum fuit prius, uirginitas
 uel continentia non est bonum aliquod secundum se, set solum ut
 medicina quatinus impediencia liberam contemplationem diuinorum
 remouet; ad hoc enim ordinatur, ut patet per APOSTOLVM I Co r. 7. Ex
 40 hoc sic arguitur: *Finis est melior hiis que sunt ad finem.* Set contempla-
 tio est finis uirginitatis uel continentie; ergo est aliquid melius utro-

que. Cum ergo possit dispensari in uoto contemplationis uel orationis
 VI50ra non obstante | eius dignitate, fortiori ratione potest dispensari in uoto
 continentie. Nec obstat quod dicitur quod *non est condigna* etc., quia
 hoc est uerum de bonis exterioribus uel corporalibus pertinentibus ad 45
 priuatam personam. Set bonum spirituale uel bonum commune genti
 uel regno preponderat bono continentie; magis etiam conformamur
 Deo per bonum contemplationis, quod pertinet ad animam, quam per
 bonum continentie, quod pertinet ad corpus. Patet ergo quod uotum
 continentie non est indispensabile ratione materie. 50

[6] Si ergo sit indispensabile, hoc erit ratione solempnitatis. Et hoc
 M306ra QUIDAM dicunt, quia, sicut | *habetur L e u. ultimo, quod semel sanctifica-*
 O275r *tum est | Domino, non potest in alios usus commutari;* set per solempne
 uotum continentie saltem in religionis professione et sacri ordinis
 susceptione sanctificatur quis Domino, et semel sanctificatus semper 55
 manet sanctificatus; ergo non potest deputari ad alios usus, et maxi-
 L58vb me contrarios, ut est | usus matrimonii. Maior patet ex auctoritate
 allegata. Minor declaratur quantum ad utramque partem eius, quia
 solempnitas adhibetur unicuique rei secundum illius rei condicionem;
 sicut solempnitas militie consistit in apparatu equorum et armorum et 60
 concursu militum, quia hec militie congruunt, et solempnitas nuptia-

rum consistit in ornatu sponsi et sponse et conuentu amicorum, que nuptiis congruunt. Et similiter cum uotum sit promissio Deo facta, solempnitas uoti accipitur | secundum aliquid spirituale quod ad Deum *Na124va*

65 pertinet, scilicet secundum aliquam spiritualem benedictionem uel consecrationem, quorum utrumque fit in professione certe regule et sacri ordinis susceptione. Sic autem consecratus numquam consecrationem amittit quamdiu manet, quia in rebus inanimatis idem patet; calix enim semel consecratus, numquam desinit esse consecratus | quamdiu *O275v*

70 | manet integer. Nec est in potestate cuiuscumque quod semel consecratum desinat esse consecratum. Et sic patet minor. Sequitur ergo conclusio, scilicet quod consecratus | Domino per solempne uotum *E61rb*

continentie non potest per quemcumque prelatum ad usus matrimonii deputari. Hoc tamen interest, ut ISTI dicunt, inter | solempnizationem *K64vb*

75 uoti per susceptionem sacri ordinis et per professionem religionis, quia solempnitati ordinis non est annexum uotum continentie | essentialiter, *M306rb*

set solum ex statuto ecclesie; propter quod uotum continentie se habet ad eam accidentaliter et econuerso. Et ideo in tali uoto potest dispensari per ecclesiam non obstante consecratione cui non coniungitur uotum per se. Set *Z197va*

80 *uotum continentie essentielle est statui | religionis, per quam homo totaliter renuntiat seculo, Dei seruitio mancipatus, quod non potest simul stare cum matrimonio, in quo incumbit necessitas procurande uxoris, prolis et familie et rerum que ad hoc requiruntur.* Et ideo consecratio que fit in professione religionis, habet essentialiter annexum uotum

85 continentie. Propter quod sicut non potest fieri quod semel consecra-

O276r tus | Deo per professionem religionis non maneat consecratus, sic non potest fieri quod post uotum continentie tali benedictione consecratum professus possit transferri ad contrarium actum matrimonii.

[7] Quicquid sit de conclusionem, ratio tamen ista non cogit. Quod enim dicitur in maiori quod illud quod semel est consecratum Domino, non potest in alios usus conmutari, uerum est passim et indifferenter; potest tamen in casu pro magna utilitate uel necessitate. Vnde Daudid et qui cum eo erant, comederunt panes Domino consecratos, *V150rb* nec tamen peccauerunt, quia necessitas excusauit eos, ut habetur | Reg. Et hodie si quis laycus periculose sitiret nec haberet cum quo *95* biberet nisi cum calice consecrato, non peccaret, si in eo biberet. Et si *M306va* | in talibus excusat necessitas personalis, fortiori ratione utilitas communis. Et similiter uidetur dicendum in proposito quod consecratus Domino per uotum continentie solempnizatum posset dispensatiue tradi ad matrimonium propter bonum commune. Quod etiam dicitur *100* in minori quod per solempne uotum continentie consecratur quis Domino, posset dici quod illa consecratio que fit in sacri ordinis susceptione et professione religionis, omnino se habet per accidens ad *O276v* uotum continentie; et hoc IPSI concedunt | de consecratione que est | *A160va* in susceptione sacri ordinis. Idem etiam uidetur de benedictione que *105*

est in professione religionis, quia ad professionem nulla benedictio ex necessitate requiritur, set solum emissio uoti in manu prelati, et quia si nulla adderetur, uera esset professio et eque obligaret apud Deum et homines sicut habita benedictione; quemadmodum dicitur de eo qui
 110 manet in religione transacto anno probationis, qui reputatur uere professus absque benedictione aliqua; quando etiam benedictio additur, illa magis respicit uotum obedientie quam continentie, quia est benedictio habitus qui est signum quod deferentes similem habitum uiuunt in simili obedientia. Propter quod uidetur quod sicut potest dispensari
 115 in uoto continentie solempnizato per susceptionem sacri ordinis, ita quando solempnizatur per professionem religionis.

[8] Ideo potest aliter dici quod in uoto continentie qualitercumque solempnizato potest papa | dispensare propter bonum commune, si *L59ra*
 ex tali dispensatione debeat | prouenire. Cuius ratio est quia sicut dic- *M306vb*
 120 tum fuit a | principio, huic dispensationi non obstat nisi excellentia *Na124vb*
 materie, si non possit fieri recompensatio, | et solempnitas adhibita; *O277r*
 primum non obstat, ut satis fuit prius declaratum, nec secundum, ut
 amplius declarabitur; quare etc. Quod enim solempnizatio uoti non
 obstat quin tale uotum sit dispensabile, patet considerando quid so-
 125 lempnitas addat ad uotum. Addit enim solum perfectionem quandam
 accidentalem: sicut enim in sacramentis et ceteris rebus differunt ea

que sunt de necessitate ab hiis que sunt de solempnitate, ita et in uotis;
E61va | utrobique enim res est perfecta essentialiter exclusa solempnitate, ita
K65ra quod solempnitas non addit nisi quendam decorem | accidentalem,
 ut superius pluries dictum fuit in sacramentis. Cum ergo uotum sit 130
 essentialiter quedam promissio ac per hoc quedam obligatio, quicquid
 obligationis est in uoto, totum est ibi exclusa solempnitate. Est autem
 in uoto duplex obligatio: una solius promissionis, post quam res non
 debet alteri tradi, et hec sola est in uoto solempni; alia est promissionis
 et traditionis rei promise postquam res non potest alteri tradi, cum 135
O277v primus | iam sit adeptus dominium rei, et hec est in uoto perfecto.
 Essentialiter enim perficitur uotum, cum sit quedam promissio, in hoc
 quod res promissa traditur. Et ex hoc habet uotum quod dirimat matri-
 monium contractum, ut prius dictum fuit, etiam si nulla solempnitas
M307ra adderetur. Que quando additur, | nichil obligationis addit, set solum 140
 quendam decorem. Ex quo potest sic argui: illud sine quo uotum est
 essentialiter perfectum nec addit uoto aliquam obligationem, non im-
V150va pedit quin in uoto possit fieri | dispensatio; set solempnitas uoti est
 huiusmodi, ut declaratum est; ergo non impedit quin in uoto conti-
 nentie quantumcumque solempnizato possit dispensari. 145

[9] Ad primum argumentum dicendum quod sicut non est incon-
 ueniens post matrimonium consummatum alterum mori et sic ma-
P144rb trimonium dissolui, et nichilominus si mortuus suscitaretur, | posset
 contrahere cum alia, prima manente uiuente, sic non est inconueniens

150 quod post matrimonium initiatum et per ingressum | religionis quasi *Z197vb*
 per mortem spiritualem solutum, si religiosus per dispensationem sus-
 citetur ad uitam ciuilem, quod contrahat cum alia prima uiuente, nec
 propter hoc habet plures uxores, | set unam tantum, quia cum prima *O278r*
 fuit solutum matrimonium.

155 [10] Ad secundum dicendum quod intellectus decretalis est quod
 papa non potest in talibus dispensare, aut quia non potest passim et
 pro libito uoluntatis, set solum pro magnis et arduis causis recompen-
 santibus uotum continentie solempnis, aut quia non potest dispensare
 in istis, supposito quod religiosus maneat religiosus, quia hoc implicat
 160 contradictionem. Set ipse potest facere de religioso non religiosum et
 per consequens in uotis religionis dispensare quando hoc exigit neces-
 sitas uel euidens utilitas ecclesie.

[11] Ad primum argumentum alterius partis dicendum est quod
 continentia non potest uergere in periculum corporis, sicut abstinencia
 165 abstinencia, quia abstinencia est ab hiis que directe pertinent ad conseruationem
 corporis, set continentia | est ab hiis que pertinent ad multiplicationem *M307rb*
 speciei. Et ideo continentia non potest esse in periculum persone, sicut
 abstinencia, quin possit illi periculo per aliud remedium subueniri.

[12] Aliud argumentum bene concludit propositum.

<QVESTIO TERTIA

VTRVM OMNE SCANDALVM SIT PECCATVM>

[1] Deinde queritur de scandalo; primo utrum omne scandalum sit peccatum. Videtur quod non, quia *nullum peccatum procedit ex pietatis affectu, quia non potest arbor bona fructus malos facere, Matth. 7; set aliquod scandalum uidetur processisse ex affectu pietatis, illud scilicet, de quo dixit DOMINVS Petro: Scandalum | michi es; Vbi dicit HIERONYMVS quod error Apostoli de pietatis affectu ueniens numquam incentiuum uidetur | esse diaboli; ergo non omne scandalum est peccatum.*

[2] Item Matth. 15 dicitur quod Pharisei ex uerbo Christi scandalizati fuerunt; set Christus numquam nullum peccatum fecit, ut dicitur I Petr. 2: *Peccatum non fecit* ullum; ergo non omne scandalum est peccatum.

[3] In contrarium est quod dicit Glossa Matth. 17 quod scandalum est dictum uel factum minus rectum prebens alteri occasionem ruine; set omnis actus carens debita rectitudine est peccatum; ergo etc.

[4] Responsio. Videnda sunt tria: primum est quid sit scandalum;
 | secundum est an omne scandalum sit peccatum; tertium est an sit *L59rb*
 speciale peccatum.

- 20 Quantum ad primum sciendum est quod *sicut HIERONYMVS dicit ex-*
ponens illud M a t t h. 15, Scis quia Pharisei audito hoc uerbo scandalizati
sunt: scandalon grece, nos offensionem uel ruinam | uel impactionem pedis *E61vb*
possumus dicere. | Obex enim quod alicui ponitur in uia corporali cui *K65rb*
impingens | disponitur ad ruinam, dicitur scandalum. Similiter in pro- *M307va*
 25 *cessu uie spiritualis* illud quo aliquis disponitur ad ruinam spiritualem,
 dicitur scandalum. Tale autem est uerbum uel factum minus rectum
 quo aliquis sua admonitione uel exemplo trahit alterum ad peccan-
 dum. Et ideo scandalum spiritualiter sumptum est dictum uel factum
 minus rectum prebens | alteri occasionem ruine, ut dictum est. Et quia *O279r*
 30 *actus sumunt rationem ex obiecto*, ideo ruina uel dispositio ad ruinam
 sequens | ex alterius dicto uel facto dicitur scandalum, set passiuum; *V150vb*
 primum uero actiuum dicitur. De quo sciendum est *quod dictum uel*
factum potest esse alteri occasio peccandi dupliciter: uno modo per se, alio
 35 *modo per accidens; | per se quidem quando aliquis intendit suo malo uerbo* *A160vb*
uel facto alium ad peccandum inducere; uel etiam si ipse hoc non inten-

dat, ipsum factum est tale quod de sui ratione habet ut sit inductiuum ad peccandum, utpote cum aliquis publice facit peccatum uel aliquid quod habet similitudinem peccati, et tunc ille qui hoc facit, proprie dat alteri occasionem ruine, potissime quando hoc intendit; unde uocatur scandalum actiuum. Per accidens uero uerbum uel factum unius est alteri causa peccandi quando preter intentionem operantis et condicionem operis aliquis male dispositus inducitur ad peccandum, puta cum quis inuidet bonis aliorum; et tunc ille qui facit talem actum rectum non dat alteri occasionem peccandi, set alius sumit; et ideo hoc est scandalum passiuum sine actiuo, | quia ille qui recte agit, non dat occasionem ruine quam alter patitur. Contingit ergo quandoque quod simul sit scandalum actiuum in uno et passiuum in altero, puta cum ad inductionem unius alius peccat; quandoque uero est actiuum sine passiuo, puta cum aliquis | inducit alium uerbo uel facto ad peccandum et | ille non consentit; quandoque uero est passiuum sine actiuo, ut iam dictum est. Et sic patet primum, quid scilicet sit scandalum et qualiter distinguitur in actiuum et passiuum.

[5] Quantum ad secundum sciendum est quod scandalum passiuum numquam est sine culpa scandalizati nec actiuum sine culpa scandalizantis; passiuum tamen bene est sine culpa scandalizantis et actiuum sine culpa scandalizati. Primum patet, quia omnis ruina spiritalis est peccatum in eo qui ruit; set scandalum passiuum est spiritalis ruina scandalizati; ergo est peccatum in eo. Secundum patet, quia

omne scandalum actiuum uel est peccatum uel habet speciem peccati.

| Si sit peccatum, habeo propositum; si uero non sit de se peccatum, set *Na125rb*
 60 habeat speciem peccati, ut comedere ydolaticum coram infirmis, debet
 dimitti ex caritate ad cauendum lesionem proximi. Et qui non dimittit,
 | contra caritatem agit, | sicut dicit APOSTOLVS Ro m. 14: *Z198ra*
cibum frater tuus contristatur, iam non secundum caritatem ambulat, ergo *O280r*
 omne tale scandalum est peccatum in facientibus ipsum. Tertium patet
 65 ex dictis in primo articulo, quia est scandalum actiuum sine passiuo et
 passiuum sine actiuo.

[6] Quantum ad tertium dicendum quod scandalum passiuum non
 est speciale peccatum, nec scandalum actiuum quando est preter in-
 tentionem scandalizantis. Quod patet unico medio, quia ex dicto uel
 70 facto unius contingit alium ruere in dictum uel factum simile; set hoc
 potest esse in utroque, scilicet principali agente et imitante secundum
 quodlibet | genus peccati, nec est ibi specialis circumstantia trahens *M308ra*
 ad determinatam speciem peccati; ergo scandalum passiuum et actiu-
 um quod est preter intentionem agentis, non est speciale peccatum.
 75 Scandalum uero actiuum quando est ex intentione agentis, est speciale
 peccatum, quia quod opponitur speciali uirtuti, est speciale peccatum;
 set scandalum actiuum, cum procedit ex intentione agentis, opponitur
 speciali uirtuti, scilicet caritati prout imperat correctionem fraternam
 (scandalizans enim intendit alium corrumpere, sicut corripiens inten-

O280v dit alium emendare); ergo tale scandalum est speciale | peccatum. | Et 80
K65va sic scandalizans dupliciter peccat, scilicet ex genere pravi operis et ex
 intentione peruersi finis.

L59va [7] Ad primum argumentum dicendum quod scandalum | non su-
E62ra mitur ibi proprie, | set large pro quolibet impedimento; uolebat enim
 Petrus passionem Christi impedire, et ex quodam pietatis affectu non 85
VI51ra | intendens, nec ex uerbo suo inducens Christum ad aliquid illicitum,
 set ignorans diuinum secretum.

[8] Ad secundum dicendum quod scandalum Phariseorum fuit
 passiuum tantum cui non respondit in Christo scandalum actiuum. Et
 ideo ipsi peccauerunt, non autem Christus. 90

<QUESTIO QVARTA

VTRVM BONA SPIRITVALIA SINT DIMITTENDA

PROPTER SCANDALVM>

[1] Secundo queritur utrum bona spiritualia sint dimittenda propter
 scandalum. Videtur quod sic, quia *HIERONYMVS dicit quod dimittendum* 5
P144vb *est propter scandalum omne quod potest dimitti salua | triplici ueritate,*
scilicet uite, iustitie et doctrine; set multa bona spiritualia possunt di-
mitti salua hac triplici ueritate, sicut adimpletio consiliorum, largitio

elemosynarum (alioquin semper peccarent | qui ista bona pretermitterent); M308rb
 10 ergo ista sunt propter scandalum dimittenda.

[2] Item doctrina sacra, correctio fraterna, punire delicta sunt
 quedam opera spiritualia; et tamen sunt propter scandalum | dimit- *O281r*
 tenda; ergo etc. Minor patet de doctrina quod sit dimittenda prop-
 ter scandalum, quia Matth. 7 dicitur: *Nolite sanctum dare canibus,*
 15 *neque margaritas uestras spargatis ante porcos ne conuersi dirumpant uos.*
 Correctionem etiam fraternam dicit AVGVSTINVS dimittendam propter
 scandalum, I De ciuitate Dei. Similiter et punitio peccatorum
 dimittenda est ubi timetur schismatis periculum, ut dicit AVGVSTINVS
 in Epistola contra Parmenianum. Quare etc.

20 [3] In contrarium est quod dicit GREGORIVS Super Ezechielem,
 et allegatur Extra, 'De Regulis iuris': *Si de ueritate scandalum sumitur,*
utilius scandalum nasci permittitur, quam ueritas relinquatur; set bona
spiritualia maxime pertinent ad ueritatem; ergo non sunt pretermittenda
propter scandalum.

25 [4] Responsio. Questio ista locum non habet de scandalo actiuo,
 quia scandalum actiuum est dictum uel factum malum uel habens

speciem mali; set bona opera spiritualia non sunt mala, quia iam non
essent bona, nec habent speciem mali, cum pertineant ad necessitatem
salutis uel eius perfectionem; ergo non possunt cum scandalo actiuo
fieri. Restat ergo ut solum intelligatur questio de scandalo passiuo. Et 30
Na125va circa hoc uidenda sunt | duo: primum est an opera spiritualia sint di-
mittenda ne alius scandalizetur; secundum est an bona temporalia sint
M308va dimittenda ei qui uult ea | accipere, uel non repetenda | ab eo qui iam
A161ra habet, si timeatur eius scandalum.

O281v [5] Quantum ad primum sciendum est quod quedam | bona spiri- 35
tualia sunt de necessitate salutis, que non possunt pretermitti sine pec-
cato mortali, alia uero sunt supererogationis. Prima non debent pre-
termitti propter quodcumque scandalum, quia nullus debet peccare
mortaliter ut alius uitet quodcumque peccatum, quia secundum ordi-
nem caritatis quilibet plus tenetur sibi quam alteri; set prima bona non 40
possunt pretermitti sine peccato mortali cum sint de necessitate salutis;
ergo etc. Circa uero bona supererogationis, ut est ingressus religionis
uel quecumque alia que non sunt de necessitate salutis, distinguen-
dum est de scandalo quod ex eis oritur: quia aut procedit ex malitia,
ut cum aliqui dicunt se scandalizatos et in aliis scandala suscitant ad 45
impediendum talia bona. Et hoc est scandalum Phariseorum qui de
doctrina Domini scandalizabantur *M a t t h.* 15; et tale scandalum est

contemnendum exemplo Domini, nec propter ipsum aliquod bonum opus supererogationis dimittendum est. Et tale est frequenter scandalum propinquorum carnalium de ingressu religionis, de quo dicit 50 HIERONYMVS Ad Eliodorum: *Licet in limine iaceat pater, calcato patre perge, | fixis oculis ad uexillum crucis euola. Solum pietatis genus est in hac re | esse crudelem.* Quandoque uero scandalum procedit ex infirmitate uel ignorantia, quod docet DOMINVS uitare Matth. 18 55 et APOSTOLVS Rom. 14 | et I Cor. 8. Et propter tale | scandalum uitandum bona spiritualia que non sunt de necessitate salutis, uel sunt occultanda uel ad tempus differenda, | quousque reddita | ratione instruantur | alii quod non debent ex talibus scandalizari, set potius edificari. Si autem post redditam rationem et debitam instructionem adhuc 60 scandalum durat, iam uidetur ex malitia procedere et non ex ignorantia. Et tunc nichil de predictis propter tale scandalum dimittendum. Et sic patet primum.

[6] Quantum ad secundum distinguendum est, quia bona temporalia aut sunt nostra aut sunt nobis commissa ad conseruandum et dispensandum pro communitate, sicut bona ecclesie committuntur prelati 65 et rectoribus reipublice. Si sunt commissa ad conseruandum uel dispensandum, tunc propter nullum scandalum sunt dimittenda usur-

pantibus, set sunt repetenda saluis debitis circumstantiis que debent
 in talibus obseruari. Cuius ratio est quia fidelis custodia et dispensatio
O282v talium incumbit hiis quibus commissa | est ex necessitate precepti. Et 70
 ideo sicut preceptum non est omittendum propter scandalum, sic nec
P145ra istud. Si autem sint | nostra, tunc sicut prius aut scandalum oritur ex
 malitia alicuius alienum uolentis usurpare uel detinere; et istud est pa-
 rui pendendum, tum quia noceret bono communi (daretur enim ma-
 lis occasio rapiendi aliena), tum quia noceret rapientibus, qui iniuste 75
 capiendo uel retinendo alienum peccarent. Vnde GREGORIUS dicit in
Moralibus, loquens de rapientibus aliena: *Quidam seruata equitate*
M309ra *prohibendi sunt non sola cura ne nostra | subtrahantur, set ne rapientes*
non sua, semet ipsos perdant. Aut scandalum oritur ex ignorantia, quod
 dicitur scandalum pusillorum; et propter istud dimittenda sunt tem- 80
 poralia ad tempus quousque sedetur scandalum per admonitionem uel
 per aliquem alium modum. Si autem post sufficientem admonitionem
 et sufficientem instructionem scandalum non sedatur, perfectionis est
 sua dimittere, set non necessitatis. Et quandoque nec est perfectionis,
 cum creditur quod repetendo quod alius iniuste detinet, uel negando 85
 quod iniuste petit, ille dirigatur ad cognitionem ueritatis. Que autem
Na125vb sunt indifferentia, sicut comedere carnes | uel abstinere omnino, immit-

tenda | sunt quamdiu durat scandalum pusillorum. Vnde AVGVSTINVS *O283r*
 dicit in Libro de sermone Domini in monte: *Dandum est*
 90 *quod nec tibi nec alteri noceat. Et cum negaueris quod petit, indicanda*
est ei iustitia; et melius ei aliquid dabis cum petentem iniuste correxeris.
 APOSTOLVS autem, qui uidetur dicere I C O R. 6 quod repetere sua in
 iudicio sit delictum, loquitur in casu in quo fideles de nouo conuersi
 ad fidem trahebant se ad iudicia infidelium, quod erat in periculum
 95 subuersionis fidei, pro eo quod partes litigantes querunt fauorem iu-
 dicis et DOMINVS, qui dicit M A T T H. 5: *Ei qui uult tecum in iudicio*
contendere et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium, loquitur de
 consilio; uel si sit preceptum, intelligendum est, ut dicit AVGVSTINVS,
 secundum preparationem animi, ut scilicet homo paratus sit talia fa-
 100 cere, si hoc expediat promotioni fidei et bonorum morum.

[7] Ad primum argumentum dicendum *quod in ueritate uite, doc-*
trine et iustitie non solum comprehenditur | illud quod est de necessitate *M309b*
salutis, set etiam illud per quod peruenitur perfectius ad salutem, ut con-
 silia et elemosyne. Vnde hec non sunt propter scandalum etiam pusil-
 105 lorum simpliciter omittenda, set occultanda uel differenda | ad tempus *O283v*
 quousque scandalum sedetur uel per legitimam | admonitionem sedari *V151va*
 debeat. In casu autem in quo elemosyna esset de | necessitate danda *K66ra*

propter extremam indigentiam pauperis uel ingressus religionis deberet totaliter impediri, non debet elemosyna uel ingressus religionis differri.

[8] Ad secundum dicendum quod doctrina spiritualis, cum sit genus elemosyne, que est opus misericordie ad subleuandam miseriam alterius, non est dimittenda quando creditur quod ex ea sequatur spiritualis profectus. | Quando autem ex ea non sequatur spiritualis profectus, set irritatio audientis, iam non est bonum spirituale. Et ideo si tunc omittitur | propter scandalum audientis, non omittitur aliquid quod pro tunc habeat rationem boni spiritualis. Similiter dicendum est de correctione fraterna, que ordinatur ad correctionem fratris, que si ex correctione non sequatur, set potius frater scandalizetur, dimittere eam non est dimittere aliquod bonum spirituale. Eodem modo dicendum est de punitione peccatorum, quia pene, cum sint medicine ad cohibendum peccata, | in tantum habent rationem boni, in quantum per eas peccata cohibentur. Si autem per inflictionem penarum maiora peccata sequantur, | tunc punitio non erit bona nec continebitur sub iustitia. Et in hoc casu loquitur AVGVSTINVS, quando scilicet ex excommunicatione oritur periculum schismatis; tunc enim excommunicationem ferre non pertinet ad ueritatem | iustitie. |

[P145rb-va]

<DISTINCTIO TRIGESIMA NONA
QUESTIO PRIMA
VTRVM FIDELIS POSSIT CONTRAHERE
MATRIMONIVM CVM INFIDELI>

5 [1] *Post hec de dispari cultu* etc. Circa distinctionem istam primo
queritur utrum fidelis possit contrahere matrimonium cum infideli.
Et arguitur quod sic, quia duo mala magis impediunt bonum quam
unum; set quando uterque est infidelis, sunt duo mala, nec impeditur
matrimonium; ergo fortiori ratione quando alter est infidelis, cum sit
10 ibi tantum unum malum.

[2] Item *sicut est disparitas cultus inter fidelem et infidelem, ita* inter
christianum et hereticum et *inter duos | infideles diuersorum rituum,* *Z198va*
sicut inter iudeum et paganum; set inter duos infideles disparis cultus,
similiter inter fidelem et hereticum, potest esse matrimonium; ergo
15 inter fidelem et infidelem.

[3] Item *Ioseph contraxit cum Egyptia*, ut habetur *Gen. 41*, et *Moyse cum Ethiopissa*, ut innuitur *Num. 12*, et *Hester cum Assuero*, *Esther 2*. Lex etiam dicit *Deut. 22: Si egressus ad pugnam uideris mulierem pulchram in medio captiuorum et adamaueris ipsam, introies ad eam dormiesque cum ea et erit tibi uxor*; set in omnibus hiis erat 20
O284v matrimonium fidelis | cum infideli; ergo etc.

[4] In contrarium est quod dicit *APOSTOLVS I Cor. 7: Cui uult nubat, tantum in Domino*; hoc est cum fideli.

Na126ra [5] Item *Deut. 7: Non inibis cum eis fedus nec sociabis cum eis coniugia. Esdras etiam separauit matrimonia iudeorum cum alienigenis inita*, *Esd r. 9*; ergo nullum est matrimonium fidelis cum infideli. 25

[6] Responsio. Videnda sunt duo: primum est an inter duos infideles sit matrimonium uerum; secundum est an possit esse inter fidelem et infidelem.

30 Quantum ad primum dicendum quod inter duos infideles | potest *M309vb*
 esse uerum matrimonium dummodo contrahant in gradu non prohi-
 bito iure naturali uel diuino. Cuius ratio est quia matrimonium, cum
 sit de iure naturali, omnibus est licitum quibus non est prohibitum;
 set nulla prohibitio arctat infideles quin possint ad inuicem contrahere
 35 (non enim inuenitur circa hoc prohibitio iuris naturalis, set potius con-
 ccessio, quia ius naturale omnes communiter respicit, nec iuris diuini,
 cum nusquam hoc legatur; nec ecclesia potest hoc eis inhibere, cum ad
 eam non pertineat de hiis que foris sunt iudicare); ergo inter infideles
 potest esse legitimum matrimonium. Ad hoc etiam adducuntur | multe *V151vb*
 40 auctoritates | Euangelii et APOSTOLI, 28, q. 1, circa principium. Item *O285r*
 remoto posteriori non remouetur prius; set matrimonium pertinet ad
 officium | nature, fides autem ad statum gratie; ergo exclusa fide potest *K66rb*
 esse matrimonium, sicut status nature potest manere amota gratia.

[7] Quantum ad secundum dicendum est quod disparitas cultus
 45 inter fidelem et infidelem impedit matrimonium contrahendum et
 dirimit contractum, ex se quidem dispositiue, set ex statuto ecclesie
 completiue. Quod disparitas cultus ex se impediat matrimonium dis-
 dispositiue inter fidelem et infidelem, patet ex duobus, secundum quod
 est duplex finis matrimonii, scilicet bonum prolis et conueniens com-

municatio operum pertinentium ad conuictum. Ex quibus arguitur 50
 sic: illud quod disconuenit utrique fini matrimonii, debet impedire
 matrimonium; set disparitas cultus est huiusmodi (est enim talis dis-
 paritas contra bonum prolis quod est eius educatio, que impeditur per
E62vb | disparitatem | cultus dum quilibet parentum nititur educare prolem
M310ra ad ritum suum; et | est etiam contra bonum | conuictus, quia fideli im- 55
L60rb minet periculum subuersionis ex conuictu cum coniuge infideli, cum
P145vb maximus affectus | sit coniugum, et perit iudicium cum res transit
O285v in affectum); et ideo disparitas cultus rationabiliter habet impedire
 matrimonium. Huic autem congruitati superueniens statutum eccle-
 sie facit personas tales illegitimas ad contrahendum. *Circa tamen hanc* 60
materiam aliud fuit ante legem Moysi, aliud sub lege, aliud tempore
euangelii, quia ante legem poterat fidelis contrahere cum infideli, cum
 nulla esset circa hoc prohibitio, *et sic contraxit Moyses cum Madianite,*
Exod. 2, et Ioseph cum Egiptia; tempore uero legis fuit eis prohibitum
contrahere cum Chananeis specialiter propter eorum obstinationem et per- 65
uersitatem, nisi relicto ritu suo conuerterentur ad fidem, sicut contraxit
Naason cum Raab, de qua genuit Booz, ut dicitur Matth. 1; cum
aliis uero licebat maxime quando non timebatur de subuersione fidelium;
tempore uero euangelii non licet fideli contrahere cum aliqua infideli, ut
 habetur 28, q. 1, cap. ‘Omnes’, § ‘Ex hiis itaque’, circa finem, et cap. 70
 ‘Caue Christiane’.

[8] Ad primum argumentum dicendum, quod *infidelitas non impedit matrimonium* quatinus *est peccatum*, quia sic inter duos infideles non esset matrimonium, *set propter dissimilitudinem cultus et* | subuer- 0286r
75 sionem fidelis et impedimentum debite educationis prolis.

[9] Ad secundum dicendum quod inter infideles disparitas cultus potest impedire matrimonium, si apud eos sit ius positium hoc prohibens sicut inter fideles; alias possunt contrahere matrimonium in dispari cultu, cum non sit eis prohibitum iure naturali nec aliquo | M310rb
80 iure scripto, diuino uel humano. Nec statutum ecclesie ligat eos, quia non iudicat de hiis que foris sunt, ut dicitur I C o r. 5. Et idem esset de fidelibus quod possent contrahere cum infidelibus, nisi obuiaret statutum iuris | et dictum APOSTOLI. Nam heretici infideles sunt quoad actum fidei, licet communicent cum fidelibus in sacramento fidei, Na126rb
85 scilicet baptismo. Et tamen matrimonium contractum inter fidelem et hereticum tenet, non autem cum alia infideli, propter communicantiam sacramenti que est hic et non ibi, quamuis illud cap. 'Caue' equaliter prohibeat fideles matrimonia contrahere cum hereticis, sicut | cum ceteris infidelibus. Similiter enim prohibetur contrahendum, set A161va
90 non similiter irritatur contractum propter causam iam dictam.

[10] Ad tertium patet responsio ex iam dictis.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM CONIUNX CONVERSUS AD FIDEM POSSIT
 DIMITTERE INFIDEM NOLENTEM COHABITARE CVM EO
 SINE CONTVMELIA CREATORIS
 ET ABSQVE EO QVOD PERTRAHAT IPSVM AD ERROREM>

5

Z198vb [1] Secundo queritur utrum coniunx conuersus ad fidem | possit di-
 O286v mittere infidelem nolentem cohabitare cum eo | sine contumelia cre-
 V152ra atoris et absque eo quod pertrahat ipsum ad errorem. Arguitur quod
 non, quia si aliquis seruus contrahat cum ancilla scienter, si ipse post- 10
 modum efficiatur liber uxore remanente in seruitute, non potest prop-
 ter hoc eam dimittere; ergo similiter quando uir infidelis scienter con-
 trahit cum infideli, si ipse conuertatur ad fidem altera remanente in
 K66va infidelitate, non potest | propter hoc, ut uidetur, eam dimittere.

[2] Item *maius est uinculum uiri ad uxorem quam serui ad dominum;* 15
set seruus conuersus ad fidem non absoluitur a uinculo seruitutis quo te-
 netur domino infideli, *ut patet* per APOSTOLVM *I T i m. 6;* ergo similiter
 M310va uir conuersus ad fidem non absoluitur a debito quo | tenetur uxori in
 cohabitando et ceteris.

[3] Item *pater tenetur procurare salutem prolis quantum potest; set* 20
si discederet ab uxore infideli, filii communes remanerent apud matrem
 infidelem, *quia partus sequitur uentrem, et sic essent in periculo salutis;*
ergo non licet uiro fideli uxorem infidelem dimittere.

[4] In contrarium arguitur quod non | solum liceat fideli uxorem *O287r*
 25 infidelem dimittere, immo quod etiam teneatur; primo per illud quod
 dicitur 28, q. 1, cap. I u d e i: *Non potest infidelis in eius coniunctione*
permanere que iam in christianam translata est fidem.

[5] Et arguitur per rationem, quia ubi imminet | idem periculum, *E63ra*
 adhiberi debet idem remedium; set propter periculum subuersionis fi-
 30 delis et propter impedimentum educationis prolis prohibetur fidelis
 cum infideli contrahere, ut dictum fuit prius; cum ergo idem pericu-
 lum | sit, si de nouo conuersus ad fidem maneret cum infideli et quoad *L60va*
 aliquid maius, quia neophyti facilius peruertuntur quam illi qui iam
 sunt in fide firmati, uidetur quod conuersus ad fidem non possit licite
 35 remanere cum coniuge | infideli. *P146ra*

[6] Item potest contingere quod conuersus ad fidem prius habebat
 plures uxores secundum ritum suum, uel illa quam habebat, erat ei
 coniuncta in gradu secundo uel tertio ab ecclesia prohibito, uel acce-
 perat eam aliqua alia repudiata. Si ergo post conuersionem liceret ei
 40 manere cum uxore infideli, sequeretur quod posset simul habere plu-

O287v res uel aliquam in gradu | prohibito sibi coniunctam uel illam quam
 accepit post repudiationem alterius; set hec omnia horret lex christia-
M310vb na et ecclesia; quare etc. |

[7] Responsio. Videnda sunt tria: primum est an licitum sit conuer-
 so ad fidem dimittere infidelem; secundum est an dimittens possit cum 45
 alia contrahere; tertium est an infidelis dimittens fidelem possit simi-
 liter contrahere.

Quantum ad primum tenetur communiter quod conuersus ad fi-
 dem potest, si uult, infidelem dimittere uel retinere. Cuius triplex ratio
 assignatur: prima est quia in hoc pari passu currunt infidelitas et adul- 50
 terium, quia infidelitas est quoddam adulterium spirituale; set propter
 adulterium potest uir dimittere uxorem, si uult, uel conmanere cum
 ea sub spe correctionis; ergo similiter uir conuersus ad fidem potest, si
 uult, dimittere uxorem infidelem, uel potest eam secum retinere sub
 spe conuersionis. Set istud non uidetur ualere, quia adulter non potest 55
 adulteram dimittere etiam postquam de adulterio egerit penitentiam.
 Si ergo sit idem iudicium de adulterio et infidelitate, infidelis non po-
 terit dimittere infidelem cum qua in infidelitate contraxit et ad tem-

O288r pus permansit, dato quod ipse sit | conuersus ad fidem, nisi dicatur
Na126va quod adulter correctus potest dimittere | adulteram nolentem corrigi. 60
 Si enim hoc est uerum, tunc ratio precedens ualet.

[8] Alia ratio assignatur, hec scilicet: ille qui moritur, non tenetur ad ea ad que in priori uita | tenebatur; set infidelis, quando ad bap-
 tismum accedit et regeneratur in Christo, moritur priori uite, cum *V152rb*
 65 *generatio unius sit corruptio alterius*; ergo non tenetur uxori ad ea ad
 que tenebatur secundum priorem uitam, sicut ad cohabitationem et
 redditionem debiti. Et confirmatur, quia sicut ingrediens religionem
 moritur spiritualiter mundo, sic ille qui baptizatur | moritur priori *M311ra*
 70 tur enim Christo *per baptismum in mortem*, ut dicitur R o m. 6. Ergo
 sicut per ingressum religionis liberatur quis ab obligatione uxoris qua
 ei tenebatur per matrimonium initiatum, ita per baptismum libera-
 tur quis ab obligatione qua tenebatur uxori per matrimonium etiam
 consummatum. Et sic conuersus ad fidem et | baptizatus non tenetur *K66vb*
 75 uxori quoad thorum uel cohabitationem. Set nec | istud uidetur ualere, *O288v*
 quia per baptismum non morimur morte naturali nec morte ciuili, set
 morimur culpe solum; ergo per baptismum non liberamur nisi a culpa
 et a pena cuius sumus debitores ratione culpe. Set coniugium inter ali-
 quos in infidelitate contractum et obligatio que oritur ex coniugio, non
 80 est peccatum nec pena debita peccato; ergo a neutro istorum liberatur
 quis per baptismum. *In baptismo enim crimina soluuntur, non coniugia*
 secundum AVGVSTINVM. Quod autem additur de ingressu religionis et

baptismo, non est simile, quia per ingressum religionis moritur quis
 ciuilitur mundo, propter quod soluitur matrimonium contractum per
E63rb solum consensum et non consummatum; | in tantum quod remanens 85
 in seculo statim potest contrahere cum altero, et existens in religio-
Z199ra ne | si dispensaretur cum eo in casu in quo dispensari potest in uoto
 solempni, ut dictum fuit supra, posset contrahere cum alia. Set per
 baptismum nullus moritur, neque morte naturali, neque morte ciuili;
 et ideo non liberatur ab obligatione matrimonii, neque initiati, neque 90
 carnaliter consummati; alioquin posset statim cum alia contrahere,
 quod non est uerum.

[9] Ideo potest tertia ratio assignari que uidetur conuenientior,
M311rb scilicet | quod infidelis conuersus | ad fidem potest commanere cum
O289r infideli; et expedit, si speret de eius conuersione, ut dicit APOSTOLVS I 95
L60vb C o r. 7 quod sanctificatur | *uir infidelis per mulierem fidelem, et mulier*
infidelis per uirum fidelem; si autem non speret de eius correctione,
A161vb set potius appareat obstinatio in coniuge blasphemando Christum et
 fidem, et pertrahendo | alterum ad infidelitatem, tunc potest et de-
 bet eam dimittere. Sic enim locum habet id quod dictum est prius, 100
 quod sicut ille qui religionem ingreditur, non tenetur ad obligationem
 prius factam, si religioni repugnet, sic ille qui per baptismum religio-

nem christianam ingreditur, non tenetur obligationibus in infidelitate contractis, si repugnent christiane religioni. Et ideo si uxor non uult
 105 cohabitare cum uiro sine contumelia | creatoris uel nititur eum pertrahere ad infidelitatem uel ad alias illicitas corruptelas, debet dimitti. *P146rb*
 Et hanc rationem assignat beatus AVGVSTINVS libro *De fide et operibus*, et habetur 28, q. 1, cap. ‘Vxor legitima’, et cap. ‘Iudei’, in fine, ubi dicitur sic: *Hoc ideo statutum est, scilicet quod fidelis dimittat*
 110 *infidelem, ne dum fidelis | salutem querit infidelis, ipse potius cum ea infidelitatis inueniat perditionem.* *O289v*

[10] Vnde circa hoc uaria inuenitur fuisse consuetudo ecclesie. *In principio enim multi conuertebantur et de facili tam gentiles quam iudei; et ideo tunc habuit locum consilium APOSTOLI, ut fidelis maneret | cum* *V152va*
 115 *infideli propter spem facilis conuersionis. In progressu uero iudei obdurati sunt, gentiles uero facilius conuertebantur usque ad tempora Constantini. Et ideo tunc etiam consilium fuit manere cum infideli, non | cum iudeo, set gentili. Nunc uero | utrique obstinati sunt, et ideo non est bonum* *Na126vb*
commanere cum aliquo eorum, set statim debent separari, si infidelis *M311va*
 120 *admonitus noluerit conuerti, sicut dicit cap. preallegatum ‘Iudei’ et cap. ‘Sepe malorum consortia’ et quam plura alia. Et sic patet primum.*

[11] Quantum ad secundum sciendum est quod fidelis aut dimittit infidelem uolentem ei cohabitare sine contumelia saluatoris et absque eo quod pertrahat ipsum ad aliquod peccatum, et tunc fidelis cum altera non potest contrahere; si uero infidelis non uelit cohabitare, set discedit odio fidei, uel si cohabitatur, prorumpit in uerba contumelie saluatoris uel nititur alterum pertrahere ad infidelitatem, | tunc ea dimissa fidelis potest contrahere cum alia. Si tamen antequam contraxerit, infidelis conuertatur, tenebitur fidelis eam recipere, *Ex t r a*, *O290r* 'De diuortiis', cap. 4. Quomodo autem hec duo stent simul, non est omnino | clarum, quia si per contumeliam saluatoris soluitur matrimonium ipso iure, sicut dicit illud cap. 28, q. 2, 'Si infidelis', ubi dicitur quod contumelia creatoris soluit ius matrimonii, tunc fidelis non tenetur recipere infidelem etiam si conuerteretur, quia matrimonium quod semel solutum est, non integratur nisi per liberum et nouum *K67ra* 135 consensum. Si uero precedens matrimonium non soluitur ipso iure per contumeliam creatoris, non uidetur quod fidelis possit cum alia contrahere, quia primum matrimonium quamdiu durat impedit aliud contrahendum et dirimit contractum.

140 [12] Ideo dicunt QUIDAM quod ex quo | infidelis non uult habitare *E63va*
 cum fidei sine contumelia creatoris, statim solutum est matrimonium.
 Quod autem teneatur recipere | uxorem si conuertatur antequam *M311vb*
 contrahat, dicunt quod hoc non est propter uinculum matrimonii, quod
 iam solutum est, set solum propter fauorem fidei. ALII dicunt quod
 145 non est solutum | uinculum matrimonii, set tunc est solutum, quando *O290v*
 cum alia contrahit. Et cum dicunt I u r a quod contumelia creatoris
 soluit ius matrimonii, exponunt ius non uinculum matrimonii, set ser-
 uitutem cohabitationis et redditionis debiti.

[13] Quantum ad tertium, utrum infidelis recedens a fidei possit
 150 contrahere postquam fidei cum alia contraxit, dicendum quod sic si
 conuertatur, cum solutum sit matrimonium hinc inde; non enim po-
 test claudicare. Si autem non conuertatur, dicunt quod in penam sue
 obstinationis interdictum est ut non possit cum alio contrahere primo
 uiuente. Set hoc est satis mirum quod ecclesia tradat infidelibus leges
 155 contrahendi matrimonia.

[14] Ad primum argumentum dicendum quod conuersus ad fidem
 non debet dimittere infidelem absolute propter infidelitatem quam
 nouit et in qua existens contraxit, set propter | blasphemiam creatoris *L61ra*

uel propter periculum sue subuersionis quando uidet infidelem obstinatum uel nitentem eum pertrahere ad infidelitatem. 160

[15] Ad secundum dicendum quod non est tantus amor serui ad dominum, quantus est coniugum ad inuicem. Et ideo non est tantum periculum subuersionis fidei in seruo per dominum infidelem, sicut in uiro per uxorem | et econuerso. Et iterum unus coniugum non obligatur alteri quasi possessio eius sicut seruus domino, set per modum cuiusdam societatis que non est congrue fidelis cum infideli, ut patet I C o r. 7. Ideo non est simile de coniuge et seruo. Puto etiam quod si dominus infidelis | niteretur | seruuum fidelem pertrahere ad infidelitatem minis uel tormentis, quod licitum esset seruo discedere a domino. Et in hoc casu dominus merito perderet illud quod iure haberet in seruo | agendo contra Christum dominum omnium. 170

[16] Ad tertium *dicendum quod proles aut peruenit ad perfectam etatem, et tunc potest libere sequi quemcumque* parentum uoluerit, | *uel est constituta in minori etate, | et tunc in fauorem fidei debet dari parenti fidei*, ut habetur 28, q. 1, cap. 'Iudei'. 175

[17] Ad rationes alterius partis potest similiter responderi. Prima enim probat quod propter periculum subuersionis fidelis potest et debet discedere ab infideli, quod concessum est. Et sic loquitur ibi canon allegatus.

180 [18] Ad secundum dicendum quod si ille qui conuertitur habebat
 plures uxores, licitum est ei cum prima illarum remanere, quia illa uel
 fuit sola uera uxor uel fuit principalior. Si autem | fuit ei coniuncta in *O291v*
 gradu ab ecclesia prohibito, siue uterque conuertatur, siue alter, non
 propter hoc sunt separandi, quia infideles non sunt adstricti statutis
 185 ecclesie, *E x t r a*, ‘De consanguineitate et affinitate’, ‘De infidelibus’.
 Set si fuisset coniuncta in gradu a lege diuina uel naturali prohibito,
 quia hec omnes adstringit, tunc omnino essent separandi. Si autem
 contraxit cum aliqua post repudium (cum repudium sit reprobatum a
 DOMINO *M a t t h.* 19) nullo modo | potest cum illa manere; *E x t r a*, *A162ra*
 190 ‘De diuortiis’, ‘Gaudemus’, habetur de hiis tribus casibus.

<DISTINCTIO QVADRAGESIMA
QVESTIO VNICA
VTRVM CONSANGVINEITAS IMPEDIAT MATRIMONIVM>

[A1-B1] *Nunc superest de cognatione* etc. Circa distinctionem istam
K67rb primo queritur de consanguineitate | utrum impediat matrimonium. 5
Videtur quod non, quia eorum que sunt magis similia, conuenien-
M312rb tior est coniunctio: *Omne enim animal | diligit sibi simile, et omnis*
caro ad sibi similem coniungetur, Eccli. 13; set consanguinei sunt pro-
pinquiores et similiores; ergo sibi conuenientius per matrimonium
coniunguntur. 10

[A2-B2] Item *nulla mulier potest esse propinquior uiro quam Eua*
O292r fuerit Ade, de cuius costa fuit formata, ut habetur Gen. 2; *set Eua |*
E63vb fuit coniuncta Ade matrimonialiter, ergo et cetere possunt coniungi |
quantumcumque propinque.

15 [A3-B3] In contrarium arguitur: illud quod impedit bonum prolis debet impedire matrimonium; set consanguineitas est huiusmodi (dicit enim GREGORIUS in litera: *Experimento didicimus ex tali coniugio sobolem non posse succrescere*) ergo consanguineitas impedit matrimonium. Item L e u. 18: *Omnis homo ad proximam sui sanguinis non accedet.*

20 [A4-B4] Responsio. Videndum est primo quid sit consanguineitas et qualiter distinguatur per lineas et gradus; secundo quo iure consanguineitas impedit matrimonium et usque ad quotum gradum.

[A5-B5] Quantum ad primum sciendum est quod consanguineitas est uinculum personarum ab eodem stipite descendantium carnali propagatione contractum. Hoc autem uinculum seu propinquitas, sicut et omnis amicitia, fundatur in communicatione triplici, scilicet nature, cure et discipline: nature, quia omnes consanguinei descendunt per carnis propagationem ab uno stipite, qui est communis eorum parens; cure, quia parentum | cura protenditur ad filios non solum immediatos, *O292v*
 30 set etiam ad filios filiorum quotquot uidere possunt; et discipline, quia proles sub patris potestate et subiectione debet esse. Linea uero consanguineitatis | est ordinata collectio personarum consanguinitate con- *M312va*

iunctarum. Et hec est triplex secundum triplicem habitudinem quam
 habent consanguinei ad inuicem. Vna est principiati ad principium, ut
 filii ad patrem, auum, proauum et supra; et secundum hanc accipitur 35
 linea ascendentium. Alia est principii ad principiatum, ut patris ad
V153ra filium, nepotem, pronepotem et infra; et secundum hanc accipitur |
 linea descendentium, que non est realiter alia a linea ascendentium, set
 eadem accepta secundum alium et alium modum computandi, quia se-
 cundum unam fit inceptio ab inferiori ascendendo, secundum aliam fit 40
L61rb inceptio a superiori descendendo. | Tertia habitudo est eorum qui sunt
 ab uno principio, sicut fratrum, qui sunt ab eodem patre et matre, et
Na127rb nepotum, | qui sunt ex duobus fratribus uel sororibus, et sic deinceps;
 et secundum hanc accipitur linea collateralium.

O293r [A6-B6] Gradus | uero est habitudo determinate distantie persone a 45
 persona. Computantur autem gradus consanguineitatis hoc modo: in
 linea enim ascendentium et descendentium computande sunt persone
 medie inter illas de quibus queritur. Quod si nulla sit media, tunc
 sunt in primo gradu, ut pater et filius descendendo uel filius et pater
 ascendendo. Si uero sunt aliquę medie computatis eis cum extremis, 50
 quot sunt persone una minus, tot sunt gradus; uerbi gratia, si queratur
 per quot gradus distat a Sorte pronepos eius, computentur persone,
 scilicet Sortes, filius eius, nepos, pronepos; qui cum sint quatuor, per
M312vb tres gradus distat | Sortes a pronepote. Ratio huius est quia cum gra-
P146vb dus sit certa distantia propinquitatis, gradus non potest | esse eiusdem 55

ad se ipsum, sicut nec propinquitas. Et ideo gradus semper supponit personam aliquam, cui secunda addita facit gradum. Et per eandem rationem tertia addita secunde, et quarta tertie, et sic semper, ut sit numerus graduum iuxta numerum personarum una excepta. Et hec
 60 computatio graduum in linea ascendentium et descendentium communis est apud OMNES.

[A7-B7] In linea uero collateralis, que non est eorum | quorum *O293v*
 unus descendit ab alio, set eorum qui descendunt a communi principio, aliter computantur gradus secundum canones et aliter | secundum *Z199va*
 65 leges. Secundum canones enim computantur hoc modo. Videndum est utrum persone de quibus queritur, | equaliter distent a communi *K67va*
 stipite aut inequaliter. Si equaliter, quoto gradu distat quelibet earum a communi stipite, toto gradu distant inter se; uerbi gratia, filii duorum fratrum ita se habent quod quilibet eorum distat a communi stipite in
 70 secundo gradu secundum lineam rectam, et in eodem gradu distant inter se | secundum lineam collateralem. Si autem distent inequaliter, *E64ra*
 tunc quoto gradu remotior illorum distat a stipite communi, toto gradu distant inter se; uerbi gratia, sit Sortes communis parens uel stipes et ego nepos secundum unam lineam, tu uero pronepos secundum
 75 aliam, si queritur quoto gradu ego disto a te, debet responderi quod tertio, quia toto gradu tu, qui es remotior, distas a communi parente, a quo non disto nisi in gradu secundo. | *M313ra*

[A8-B8] Secundum uero leges aliter computantur gradus, quia secundum eas duo fratres sunt in secundo gradu, filii duorum | fratrum *O294r*

in quarto, nepotes eorum in sexto. Et sic duplicantur gradus secun- 80
 dum computationem legalem supra computationem canonicam. Ratio
 diuersitatis est, quia leges attendunt descensum a communi patre ex
 utraque parte; et quia quilibet filius distat a patre uno gradu, ideo di-
 cuntur distare inter se duobus gradibus; canones uero non attendunt
 numerum personarum descendantium, set quantitatem descensus; que 85
 cum sit una in duobus fratribus respectu patris, non dicuntur distare
 inter se nisi uno gradu.

Et sic patet primum, scilicet quid sit consanguineitas, quid linea
 consanguineitatis, quid gradus et qualiter in linea computentur.

[A9-B9] Quantum ad secundum dicendum est quod consanguinei- 90
 tas secundum lineam ascendentium et descendantium impedit de iure
V153rb naturali matrimonium | quoad omnem gradum. Consanguineitas uero
 secundum lineam collateralem impedit de iure diuino matrimonium
 in primo gradu, puta inter fratrem et sororem et ceteros primi gradus,
 ut patet L e u. 18; set de iure positio impedit usque ad quartum gra- 95
A162rb dum inclusiue. | Ratio primi est duplex: prima, quia secundum dicta-
 men rationis naturalis maior reuerentia debetur patri uel matri quam
 debeat coniugi; set quicumque sunt in linea ascendentium uel des-
Na127va cendentium, se habent ut parentes | ad prolem uel proles ad parentem
O294v mediate uel immediate (utraque enim linea est eorum tantum quorum 100

unus descendit originaliter ab alio); ergo si iungerentur matrimoniali-
 ter, iungeretur pater filie uel mater filio | mediato uel immediato. Et sic *M313rb*
 superioritas parentum respectu filiorum periret transiens in societatem
 coniugum, quod est contra ius naturale. Magis est etiam contra in-
 105 stinctum nature si filius ducat matrem in uxorem, quam si pater ducat
 filiam, quia plus derogatur reuerentie materne, eo quod uxor in nullo
 debet esse superior uiro, set est ei par solum quoad carnale debitum et
 in omnibus ceteris est subiecta uiro, qui est *caput mulieris*, | ut habetur *L61va*
 I Co.r. 11. Propter hoc DOMINVS a principio instituendo matrimo-
 110 nium exclusit patrem et matrem, Ge.n. 2 dicens: *Propter hoc relinquet*
homo patrem et matrem; quia hanc copulam horrent quedam animalia
 bruta quamdiu cognoscunt parentes suos, ut recitat PHILOSOPHVS VIII
 De animalibus de camelo et equo.

[A10-B10] Secunda ratio est, quia series generationis debet proce-
 115 dere, non retrocedere; set aliquo modo retrocederet si proles iungeretur
 parenti ad opus | generationis. Esset etiam confusio consanguineitatis, *O295r*
 quia proles genita ex filio et matre esset patri frater aut soror, quia
 ex eadem matre, et genita ex patre et filia esset matri frater uel soror,
 quia ex eodem patre, et simul cum hoc filius eius aut filia, quod est

inconueniens, quia secundum unum deberetur sibi paritas, secundum
P147ra aliud subiectio | et inferioritas. Quare inconueniens est ex solo dicta-
 mine rationis naturalis quod iungantur per matrimonium pater et filia,
 filius et mater, et omnes quotquot sunt in recta linea ascendentium et
K67vb descendendum. Propter quod bene dicunt QUIDAM, quod si | Adam et
M313va Eua | uiuerent, non haberent in posteris cui nuberent. 125

[A11-B11] Preter istas personas alie exclude sunt a matrimonio iure
 diuino, ille scilicet que sunt in primo gradu consanguineitatis in li-
 nea collateralis. Ratio huius est quia secundarius finis matrimonii est
E64rb confederatio hominum et multiplicatio amicitie | dum homo se habet
 ad consanguineos uxoris aliquo modo sicut ad suos; set inter illos qui
O295v attinent sibi in primo gradu consanguineitatis, est | sufficiens amicitia
 naturalis, que etiam conseruatur et augetur per cohabitationem mu-
 tuam (tales enim quamdiu sunt sub cura parentum, simul habitant); et
 ideo si iungerentur per matrimonium, nulla noua amicitia accresceret;
 propter quod rationabiliter prohibetur talium coniunctio. 135

[A12] Aliam rationem QUIDAM assignant, scilicet quod mat-
 rimonium ordinatur ad repressionem concupiscentie; set con-
 cupiscentia non reprimeretur, set potius augetur, si inter illas
 personas quas oportet in eadem domo conuersari, esset concessa
 copula matrimonialis; quare lex diuina rationabiliter prohibet
 talem copulam. Set istud non uidetur, quia matrimonium non
 ordinatur ad repressionem concupiscentie, nisi quatinus per ac-
 tum matrimonii satisfit ei ut non incitet uel minus incitet ad
 illicitam corruptelam; set hoc modo eque reprimitur concu-

135

deest B

140

145 piscencia per matrimonium contractum inter <consanguineos
 primi gradus, sicut per matrimonium contractum inter> quos-
 que extraneos, quare etc. Item quid est hic dictu quod augetur
 concupiscentia si carnalis copula esset licita inter personas que
 consueuerunt in eadem domo manere? Quia per omne matri-
 150 monium obligantur coniuges ad simul manendum, etiam qui
 alias non commanebant. Ergo commanere simul, si est augmen-
 tum concupiscentie, sequeretur quod per omne matrimonium
 augetur concupiscentia. Tenenda est ergo prima ratio, quia est
 conuenientior.

155 [A13-B12] Et per eandem rationem de iure positio prohibiti sunt
 secundum antiqua iura copulari matrimonialiter usque ad septimum
 gradum, immo quamdiu maneret notitia consanguineitatis, ut habe-
 tur 35, q. 3, cap. 'Progeniem suam', et duobus capitulis sequentibus.
 Set tres ultimi gradus reuocati sunt per concilium generale, ut habetur

160 *Ex t r a*, 'De consanguineitate et affinitate', cap. 'Non debet'; prohibi-
 tio enim in tribus ultimis gradibus erat inutilis et periculosa: *inutilis,*
quia | refrigescente caritate iam ad illos tres gradus parum extendebat se V153va
uinculum naturalis amicitie; erat etiam periculosa, quia propter multipli-
cationem consanguineorum et obliuionem uix poterat obseruari hec prohi-
 165 *bitio sine multa transgressione. Vsque uero ad quartum gradum mansit*
prohibitio, quia memoria consanguineitatis usque ad illum gradum
satis tenetur per certitudinem, | quia quamplures | uiuunt usque ad Z199vb
quartam generationem. M313vb

[A14-B13] Ad primum argumentum dicendum quod *quamuis similitudo* et propinquitas *ualeat ad coniunctionem, non tamen ad omnem* 170
 O296r *modum coniunctionis.* | *Melius namque coniungitur forma materie quam materia materie et forma forme. Sic similitudo propinquorum quamuis ualeat ad coniunctionem naturalis amicitie, non tamen ad coniunctionem matrimoniale, per quam debet amicitia ad extraneos dilatari.*

[A15-B14] Ad secundum dicendum quod Eua non attinebat Ade 175
 in aliquo gradu consanguineitatis, quia non fuit formata ex eo per uiam naturalis generationis, set miraculose; per quem modum potuit de costa fieri equus sicut Eua. Et ideo non est simile de ea et de aliis propinquis secundum gradum consanguineitatis.

Na127vb [A16-B15] Ad argumenta alterius | partis patet responsio ex 180
 iam dictis.

<DISTINCTIO QUADRAGESIMA PRIMA
QUESTIO PRIMA
VTRVM AFFINITAS IMPEDIAT MATRIMONIVM>

[1] *Nunc de affinitate uidendum* etc. Circa distinctionem istam primo
5 queritur de affinitate utrum impediat matrimonium. Videtur quod
non, quia effectus non impedit causam suam; set affinitas est effectus
matrimonii; ergo non impedit matrimonium.

[2] Item secundum iura consanguinei succedunt in rebus uiri de-
functi. Set uxor est quedam res uiri, ergo eo defuncto debent in ea
10 succedere consanguinei.

[3] Item uxor alicuius affinis est | fratri uiri sui; set eo mortuo debet *0296v*
eam accipere in uxorem secundum legem ueterem, ut habetur D e u t.
25; ergo affinitas non impedit matrimonium.

- [4] In contrarium arguitur quia Le u. 18 dicitur: *Turpitudinem uxoris patris tui non discooperies et turpitudinem nurus tue non reuelabis;* 15
L61vb set tales sunt tantum affines; ergo affinitas | impedit matrimonium.
- M314ra* [5] Item *uir et uxor sunt una caro; ergo qui attinet uni* per consanguineitatem, *oportet quod attineat alteri*, quod fit per affinitatem. Ergo sicut attinentia consanguineitatis impedit matrimonium, sic et attinentia per affinitatem. Et hec est ratio GREGORII 35, q. 5, cap. 'Porro'. 20
- [6] Responsio. Videnda sunt duo: primum est quid sit affinitas et quot sunt genera affinitatum et qualiter computantur gradus affinitatis; secundum est | quare affinitas impediat matrimonium.
- A162va* *P147rb* Quantum ad primum sciendum est quod affinitas | est attinentia uel propinquitas personarum ex carnali copula proueniens carens 25
K68ra omni parentela. Dico autem ex carnali copula, quia non solum | per legitimam copulam, set per fornicariam ex qua nata est sequi proles, contrahitur affinitas. Non autem per alterum actum, siue contra naturam, | siue secundum naturam, in quo non est commixtio seminum, 30
O297r *E64va* nisi procederet ex maritali | affectu, et tunc causaretur affinitas non propter factum, set propter affectum, idest propter coniugale uincu-

lum quod solum sufficit ad causandum affinitatem, ut habetur 35, q. 3, cap. 'Extraordinaria'. Ratio autem huius propinquitatis hinc sumitur, quia super communicatione naturali fundatur amicitia naturalis.

35 Communicatio autem naturalis est duobus modis secundum PHILOSOPHV M in VIII E t h i c o r u m: uno modo secundum carnis propagationem, secundum quem modum unus est ab alio uel ambo a tertio; alio modo per coniunctionem ordinatam | ad carnis propagationem, *V153vb* que coniunctio est per carnis copulam uel per matrimonium, in quo

40 est mutua obligatio coniugum ad carnalem copulam. Propter quod dicit ibidem PHILOSOPHV S quod amicitia uiri ad uxorem est naturalis. Et ideo sicut per propagationem carnis causatur attinentia naturalis | amicitie, que est consanguineitas, ita per carnalem copulam *M314rb* uel coniunctionem ad hoc ordinatam, ut est matrimonium, causatur

45 uinculum naturalis amicitie, quod uocatur affinitas, dum homo, ut prius dictum fuit, se habet ad consanguineos uxoris sue sicut ad suos, quia uxor est aliquo modo unum corpus cum uiro; set quia non est simpliciter unum cum eo, set quasi ab extrinseco adiuncta, ideo quia unum, quicumque attinet uiro, attinet et uxori in eodem gradu; set

50 quia ab extrinseco adiuncta, ideo attinet ei alio genere attinentie, quia

O297v consanguinei uiri sunt affines uxoris. | Ex quo sequitur quod gradus
affinitatis debent computari secundum gradus consanguineitatis, quia
quoto gradu consanguineitatis attinet quis uiro, toto gradu affinitatis
attinet uxori et econuerso; frater enim uiri est affinis uxori eius in pri-
mo gradu, filius fratris in secundo, nepos eius in tertio et pronepos eius 55
in quarto; et idem est computandum ex parte uxoris.

[7] Fuerunt autem antiquitus tria genera affinitatum. Primum, de
quo iam dictum est, quod causatur ex matrimonio seu copula carnali
inter uirum et consanguineos uxoris et inter mulierem et consangu- 60
ineos uiri. Secundum genus affinitatis habetur addendo personam per
matrimonium uel carnalem copulam primo generi hoc modo: si uxor

Na128ra fratris mei, que est michi affinis primo genere affinitatis, mortuo fratre |
meo nubat alteri uiro, ille erit michi affinis in secundo genere affinitatis;
et ille secundum iura antiqua non poterat accipere aliquam de consan-
guineitate prioris mariti usque ad quartum gradum inclusiue; et de isto 65
secundo genere affinitatis habetur 35, q. 3, cap. 'De propinquis'.

O298r Tertium genus affinitatis habetur addendo personam per | matrimonium
M314va uel carnalem copulam | secundo generi hoc modo: Petrus fuit maritus
relicte fratris tui; mortua illa relicta Petrus, qui est tibi affinis in secundo
genere, accipit aliam; illa est tibi affinis in tertio genere; et illa mortuo 70
uiro suo non potuit olim copulari alicui de consanguineitate tua usque

ad secundum gradum. De hoc genere habetur 35, q. 3, cap. 'Porro'. Et sic patet primum quid sit affinitas, et quot genera affinitatum.

- [8] Quantum ad secundum sciendum est quod secundum et tertium genus affinitatis non impedit matrimonium, quia | utrumque *Z200ra*
 reuocatum est per concilium generale, ut habetur *E x t r a*, 'De consanguineitate et affinitate', cap. 'Non debet'; et rationabiliter, quia propter multiplicationem nimiam affinium et difficultatem computandi imminebat periculum animarum ex crebra transgressione prohibitionis.
- 80 Primum uero genus affinitatis, si precedat matrimonium, impedit ipsum contrahendum et dirimit contractum usque ad quartum gradum inclusiue, sicut et consanguineitas, quia secundarius finis matrimonii est dilatatio amicitie; set per matrimonium uir se habet ad consanguineos | uxoris amicabiliter ut ad suos et uxor ad consanguineos uiri; et *K68rb*
- 85 ideo sicut non debet coniungi consanguineis suis usque ad | quartum *L62ra*
 gradum, sic nec consanguineis uxoris sue, quia utrobique fieret preiudicium amicitie dilatande. Antiquitus | autem hoc genus affinitatis *P147va*
 impediabat matrimonium usque ad | septimum gradum, sicut et con- *V154ra*
 sanguineitas; set tres | ultimi reuocati sunt per illud cap. 'Non debet', *E64vb*

propter rationem superius allegatam. Affinitas autem sequens matri- 90
O298v monium non | dirimit ipsum, set eum cuius culpa contracta est, exclu-
dit ab exactione debiti, set non a redditione.

M314vb [9] Ad primum argumentum dicendum quod affinitas est effectus |
matrimonii precedentis, ex quo causatur, et illud non impedit, set im-
pedit sequens matrimonium cum affinibus contrahendum, quia fieret 95
amicitie dilatande preiudicium.

[10] Ad secundum dicendum quod consanguinei succedunt in bo-
nis uiri que sunt eius possessio; uxor autem non est possessio uiri, set
magis est una caro cum ipso; et ideo non est simile hinc et inde.

[11] Ad tertium dicendum quod lex prohibuit ne frater acciperet 100
uxorem fratris, L e u. 18. Concessit tamen hoc dispensatiue in casu in
quo frater moriebatur sine liberis, ut uiuens suscitarer semen fratri de-
functo ne nomen eius in progenie sua absque liberis remaneret.

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM EX SPONSALIBVS CONTRAHATVR ALIQVOD VINCVLVM
ATTINENTIE QVOD POSSIT MATRIMONIVM IMPEDIRE>

[1] Secundo queritur utrum ex sponsalibus contrahatur aliquod ge-
 5 nus attinentie quod possit matrimonium impedire. Arguitur quod
 non, quia ex causa dissolubili non potest causari uinculum perpetuum
 eo quod *effectus non est potior sua causa*; set sponsalia sunt
 dissolubilia multis modis, ut patuit prius; ergo | ex eis non potest *A162vb*
 causari | aliquod uinculum attinentie quod possit in perpetuum *O299r*
 10 matrimonium impedire.

[2] Item sponsalia contrahuntur quandoque inter parentes pro pue-
 ris ante septennium; set per talia non contrahitur aliquod uinculum
 attinentie, ut habetur *Ex t r a*, ‘De desponsatione impuberum’, cap.
 ‘Literas’, et cap. ‘Accessit’; ergo ex aliis similiter non contrahitur ali-
 15 quod uinculum attinentie.

[3] In contrarium est quod *ALEXANDER PAPA* prohibuit quandam
 mulierem iungi per matrimonium cuidam uiro, quia fratri suo fuerat
 desponsata, ut habetur *Ex t r a*, ‘De sponsalibus,’ cap. ‘Ad audientiam’.
 Hoc autem non esset, nisi per sponsalia causaretur aliquod uinculum
 20 attinentie | quod impediret matrimonium; quare etc. *M315ra*

[4] Responsio. Aut sponsalia sunt uera et legitima que tenere debent
Na128rb de iure, aut nulla. Si | sint legitime contracta, sic ex eis causatur quod-
dam uinculum attinentie simile affinitati quod dicitur publice honesta-
tis iustitia, que impedit matrimonium sicut affinitas et consanguineitas
secundum eosdem gradus et sic diffinitur: *Publice honestatis iustitia est* 25
propinquitas ex sponsalibus proueniens, robur trahens ab institutione ec-
clesie propter eius honestatem. Ex quo patet ratio nominis et causa, quia
O299v scilicet talis | propinquitas est introducta ab ecclesia propter honesta-
tem. Ratio autem honestatis est hec, quia sponsalia legitime contracta
quantum ex ipsis est, ordinantur sufficienter ad matrimonium. Et ideo 30
sicut per matrimonium contrahitur affinitas, sic per sponsalia quod-
dam affinitati simile, deficiens tamen ab attinentia affinitatis sicut et
sponsalia deficiunt a matrimonio. Et hoc est publice honestatis iustitia.
Si autem sponsalia sint nulla, aut hoc est propter defectum consen-
sus, ut quando contrahuntur inter parentes pro paruulis ante septen- 35
nium; aut quando contrahuntur sub condicione et condicio deficit
(tunc enim deficit consensus deficiente condicione sub qua consen-
tiebatur), aut sunt nulla non propter defectum consensus, set propter
aliquod impedimentum, puta consanguineitatis uel affinitatis uel uoti
solempnis uel ordinis uel quoduis aliud impedimentum. In primo casu 40
V154rb | ex sponsalibus non contrahitur publice honestatis iustitia; in secundo

uero contrahitur, sicut expresse determinatur *Ex t r a*, ‘De sponsalibus’,
 cap. ‘Ex sponsalibus’, *L i b r o s e x t o*. Et sic concordantur | capitula *K68va*
 prius allegata in arguendo que uidentur sibi inuicem contrariari, quia
 45 illa duo cap. ‘Literas’ et ‘Accessit’ loquuntur de sponsalibus contractis
 | infra | septennium, ex quibus non causatur aliquod impedimentum. *M315rb*
 Illud autem cap. | ‘Ad audientiam’ loquitur de sponsalibus contractis *O300r*
 inter illos qui potuerunt consentire, que prestant impedimentum se- *E65ra*
 50 quenti matrimonio, dato quod in se nulla fuerint propter impedimen-
 tum propinquitatis, ut *i b i d e m* dicitur.

[5] Que autem sit ratio istius diuersitatis, dicunt *QVIDAM* quod hec
 est pro tanto, quia illud quod est principalissimum in contrahendis
 sponsalibus uel matrimonio est consensus. Et ideo | deficiente consen- *P147vb*
 su sponsalia nullius sunt efficacie, nec in obligando ad contrahendum,
 55 nec in impediendo sequentem contractum. Existente autem consen-
 su | et concurrente quocumque alio impedimento sponsalia nullius *L62rb*
 sunt efficacie in obligando ad contrahendum propter impedimentum
 concurrentes; sunt tamen efficacia ad impediendum sequentia et ma-
 trimonium in quantum causant publice honestatis iustitiam propter
 60 concurrentem consensum.

[6] Alia ratio potest assignari conuenientior, scilicet quod per spon-
 salia numquam contrahitur publice honestatis iustitia nisi sint uera uel
 presumpta; | iudicium enim ecclesie debet esse secundum | ueritatem *Z200rb*
 uel secundum probabilem presumptionem. Hanc enim frequenter ec- *O300v*

clesia sequitur, ut habetur *Extra*, ‘Qui filii sint legitimi’, ‘Cum inter 65
 Ioannem’; iudicantur enim filii legitimi qui nati sunt de matrimonio
 contracto in facie ecclesie et sic legitimo secundum reputationem
 quamquam non fuerit legitimum secundum ueritatem propter aliquod
 impedimentum a contrahentibus uel altero eorum ignoratum. Constat
 autem quod sponsalia contracta ante septennium nulla sunt secundum 70
 ueritatem et secundum quamcumque presumptionem, quia constat de
 talibus quod consentire non possunt. Quando autem sunt tales perso-
 ne que possunt consentire, licet inter eas sit impedimentum consan-
M315va guineitatis uel affinitatis | uel quodcumque aliud, si illud ignoretur
 tempore contractus ab utroque uel altero, talia sponsalia, licet nulla 75
 sint secundum ueritatem, sunt tamen aliqua secundum presump-
 tionem. Et ideo prestant impedimentum sequentibus sponsalibus uel ma-
 trimonio. Si autem constaret contrahentibus et illis coram quibus fit
 contractus de impedimento propter quod sponsalia nulla sunt, ut si
O301r religiosus in habitu religionis daret alicui fidem | de contrahendo cum 80
 ipsa uel consanguineus consanguinee in gradu in quo constat ipsis et
 omnibus assistentibus de impedimento, non uidetur quod per talia
 sponsalia, que nulla sunt secundum ueritatem nec secundum ecclesie
 presumptionem, prestetur aliquod impedimentum sequentibus spon-
 salibus uel matrimonio. Et si prestaretur, non apparet ratio quare esset 85
 nisi sola uoluntas statuentis.

[7] Ad primum argumentum dicendum quod sponsalia causant uinculum quod impedit matrimonium et dirimit non ratione | sui, *Na128va*
 set ratione eius ad quod ordinatur, scilicet ratione matrimonii, sicut
 90 et affinitas que causatur ex matrimonio impedit sequens matrimo-
 nium et dirimit. Vel potest dici quod istud impedimentum causa-
 tur ex sponsalibus non secundum se, set adiuncto perpetuo statuto
 ecclesie.

[8] Ad alia argumenta patet responsio ex iam dictis.

<QVESTIO TERTIA

VTRVM ALIQVA PROLES SIT ILLEGITIMA>

[1] Deinde queritur utrum aliqua proles sit illegitima. Videtur quod
 non, quia *humanum iudicium debet conformari diuino; set Deus iudicat*
 5 *omnem prolem legitimam | ad successionem eternam dummodo non secte-* *V154va*
tur uitia parentum; ergo et homines | debent eam legitimam reputare ad *O301v*
successionem temporalem.

[2] Item filius non debet puniri pro peccato patris, E z. 18; | set il- *M315vb*
 legitimus concubitus est peccatum parentum; ergo propter illegitimum
 10 concubitus non debet proles illegitima reputari.

[3] Item *quantum distat illegitimus a legitimo, tantum econuerso; set*
A163ra legitimus non potest illegitimari, | ergo nec illegitimus legitimari. Set nati de
illegitimo concubitu aliquando legitimantur; ergo non sunt uere illegitimi.

K68vb [4] In contrarium arguitur | quia qualis est causa, talem producit
 effectum; set concubitus est causa prolis; ergo ex illegitimo concubitu 15
 est illegitima proles.

[5] Responsio. Dicenda sunt duo: primum est quod aliqui filii sunt
 illegitimi; secundum est quod aliqui tales possunt legitimari.

Quantum ad primum sciendum est quod sunt quatuor genera filio-
 rum: quidam enim sunt legitimi et non naturales, ut adoptiui et ar- 20
E65rb rogati, de quibus postea dicitur. Alii *sunt legitimi et | naturales, ut illi*
P148ra qui nascuntur ex matrimoniis | legitimis, que sunt legitima secundum rem
uel secundum ecclesie approbationem et contrahentium reputationem uel
O302r utriusque uel saltem | alterius. Alioquin si uterque scit impedimentum, uel
si ignorantes impedimentum clandestine contrahant, proles illegitima nasci- 25
tur nullum habens excusationem ex parentum ignorantia. Hoc probatur
 quoad primum articulum *E x t r a*, ‘Qui filii sunt legitimi’, cap. ‘Cum
 inter Ioanne’ et cap. ‘Ex tenore’ et quibusdam aliis capitulis. Quantum

ad secundum articulum probantur in eodem titulo, cap. 'Causam', et
 30 'De clandestina desponsatione', 'Cum inhibitio'. *Alii sunt naturales, set
 non sunt legitimi, ut qui nascuntur ex concubinis | in indubitato affectu* L62va
retemptis (non qui ex meretricibus publicis | uel scortis), et hii succedunt M316ra
 parentibus ab intestato una cum matribus in duabus unciis, hoc est in
 sexta parte. *Alii uero non sunt naturales nec legitimi, ut illi qui nascuntur*
 35 *ex adulterio uel incestu, qui dicuntur spurii.* Ratio autem quare tales di-
 cuntur illegitimi est, quia legitimus a lege dicitur; lex autem totaliter ex-
 cusans concubitum est sola lex matrimonii, quam ratio naturalis dictat,
 SCRIPTURA DIVINA confirmat et lex humana approbat. Et ideo illi qui
 nascuntur preter legem matrimonii, omnes dicuntur illegitimi. Et preter
 40 hoc illi | qui nascuntur de adulterio uel incestu innaturales dicuntur, O302v
 quia ratio naturalis talem concubitum dampnat. Per eandem rationem
 illegitimi sunt qui nascuntur ex matrimonio legitimo quoad uinculum,
 soluto tamen quoad thorum et cohabitationem per solempne uotum, ut
 quando uir et uxor pari uoto ingrediuntur religionem et profitentur; si
 45 tales postea generent filium, illegitimus est, quia lex matrimonii, ratione
 cuius proles dicitur legitima, est illa quam ponit APOSTOLVS I C O r. 7,
 scilicet quod uir non habet potestatem corporis sui, set mulier, et econ-
 uerso; set hec lex soluitur per solempne uotum ab utroque emissum;

ergo proles que postea nascitur, est illegitima, quia preter legem matrimonii nata. Et sic patet primum. 50

[6] Quantum ad secundum sciendum est quod *filios illegitimos contingit legitimari* | octo modis, sex secundum iura ciuilia et duobus secundum iura canonica. PRIMUS modus secundum iura ciuilia est quando *Na128vb pater* | *filium naturalem ex concubina susceptum tradit curie ciuitatis sue* *Z200va uel ciuitatis* | metropolis, et fit in ea officialis, | quod contingit propter *O303r honorem curie*. Secundus est quando pater filiam | naturalem iungit officiali curie sue ciuitatis uel metropolitane. Tertius est quando ipse filius naturalis offert se ipsum deficiente prole legitima; nam alias non liceret se offerre, quamuis patri liceret offerre ipsum. Quartus est si deficiente prole legitima pater cum concubina offerat pro eo legitimando preces principi *M316rb* et princeps eas admittat. Quintus est quando pater in suo testamento solempniter perfecto uocat naturalem legitimum. Sextus est si pater in instrumento publico uel propria manu confecto habente subscriptionem trium testium fide dignorum dixerit eum legitimum; et in hoc casu si *K69ra* pater hoc testimonium perhibuerit uni ex filiis | naturalibus, sufficit aliis ad legitimationem. Et de hiis habentur expresse *iura ciuilia*

in uariis locis. Septimus modus legitimandi, qui est primus secundum
i u r a c a n o n i c a , est cum quis concubinam de qua suscepit filium,
70 ducit in uxorem; tunc enim legitimatur filius naturalis non spurius, ut
habetur *Extra*, ‘Qui filii sunt legitimi’, cap. ‘Tanta’. | Vltimus mo- *O303v*
dus est quando per dispensationem pape illegitimus legitimatur; et iste
modus etiam extendit se ad spurios ut apti sint ad dignitates non so-
lum minores, ymmo etiam episcopatus, ut habetur in illo cap. ‘Per ue-
nerabilem’. Dicuntur autem tales legitimari non ut | fiant de legitimo *L62vb*
75 concubitu nati, quia hoc est impossibile, set quia dampna que filius
illegitimus incurrit | restaurantur per auctoritatem legis uel canonis. *E65va*
Vnusquisque autem, tam papa quam imperator, legitimat aliquem ad
actus suos; imperator quidem ad dignitates seculares et ad | successio- *P148rb*
nem in hereditate, papa uero | legitimat ad actus spirituales et ad actus *M316va*
80 seculares et ad successionem hereditariam in terra sibi subdita.

[7] Set utrum hec legitimatio ualeat quoad successionem in terris
pape temporaliter non subiectis, dubium est. QUIDAM enim dicunt
quod ex quo aliquis legitimatur a papa in spiritualibus, uidetur legiti-
85 et quasi monstruosum | ut legitimatus ad spiritualia illegitimus ad tem- *O304r*

poralia censeatur; multa enim per consequentiam optinentur. Et hanc opinionem tenet GAVFRIDVS in *S u m m a* sua et concordat cum illa decretali 'Per uenerabilem'.

[8] ALII dicunt quod in terris non subiectis temporali iurisdictioni pape legitimatio facta per eum non ualet quoad successionem, que esset preiudicialis legitimo heredi, licet ualeat quoad actus spirituales et dignitates seculares. Et hoc de facto tenuit in regno Francie, quia primogenitus comitisse Flandrie legitimatus per papam non successit in comitatu, set alius minor qui erat legitimus.

[9] Ad primum argumentum dicendum quod iudicium humanum debet conformari diuino ubi locum habet similitudo; quod non est in proposito, quia omnis illegitimus habet exordium legitimum quoad animam cum omnis anima ex Deo sit per creationem. Et ideo legitimus est ad successionem eternam, si legitime uiuat. Set | ex parte |
VI55ra | corporis habet illegitimum exordium, propter quod | quoad corporalia |
A163rb | et temporalia illegitimus est censendus. 100
O304v

[10] Ad secundum dicendum est quod filius non punitur pro peccato patris pena eterna, nec pena temporali, que sit pena | sensus, nec pena dampni, quod subtrahatur sibi aliquid habitum. In hoc tamen
M316vb

105 bene punitur filius pro patre, quia aliquid non est ei debitum quod
 alias ei fuisset debitum, sicut declaratum fuit in II libro cum ageretur
 de originali peccato. Et sic filius illegitimus incurrit ex peccato patris
 duplex dampnum: | unum quia non admittitur ad officia et dignitates *Na129ra*
 que requirunt quandam claritatem et dignitatem in hiis qui hec exer-
 cent; aliud quia non succedit aut non plene in hereditate paterna, sicut
 110 filius legitimus posset succedere.

[11] Ad aliud dicendum quod *iura proniora sunt ad absoluendum
 quam ad condempnandum. Et ideo illegitimus potest de gratia legitimari,
 set legitimus non illegitimatur.*

<QVESTIO QVARTA

VTRVM MATRIMONIVM CONTRACTVM

INTER AFFINES VEL CONSANGVINEOS SIT DIRIMENDVM>

[1] Postea queritur utrum matrimonium contractum inter affines uel
 5 consanguineos sit dirimendum. | Videtur quod non, quia fauorabilius *O305r*
 est uinculum matrimonii quam ius domini; set *possessor bone fidei*
per diuturnitatem temporis acquirit ius in possessione cuius non erat
 prius dominus; *ergo similiter maritus qui prius bona fide contraxit cum*

consanguinea uel affine, *per diuturnitatem temporis* acquirit *ius* in ea
ut iam sit sua. 10

L63ra [2] *Preterea de similibus simile est iudicium*; set similis | est consan-
K69rb guineitas duorum fratrum | ad duas sorores quas ducunt in uxorem;
ergo *si unus separatur propter consanguineitatem, pari ratione et alius
debet separari*; hoc autem non fit; ergo etc.

[3] Item iudicium ecclesie ad separationem matrimonii non debet 15
M317ra procedere nisi sit debita accusatio | et testificatio; set in separatione mat-
rimonii propter consanguineitatem et affinitatem non seruatur debitus
modus accusationis, cum non precedat inscriptio nec accusans obliget se
ad talionem; nec seruatur debitus modus testificationis, cum propinqui
O305v admittantur | ad testimonium, qui in ceteris causis sunt suspecti propter 20
Z200vb priuatum | amorem; ergo uidetur quod ecclesia non directe procedat ad
dirimendum matrimonium inter consanguineos et affines.

E65vb [4] In | contrarium arguitur, quia sicut disparitas cultus propter
nimiam distantiam impedit matrimonium, ita consanguineitas et af-
finitas propter nimiam propinquitatem; set propter disparitatem cultus 25
matrimonium est dirimendum, ut patet E s d r. 9; ergo similiter prop-
ter consanguineitatem et affinitatem.

[5] Responsio. Dicendum est primo quod matrimonium inter con-
sanguineos et affines contractum debet separari; secundo uidendum est
qui admitti debeant ad accusandum et testificandum. 30

Primum patet faciliter, quia *omne uinculum societatis quod sine pec-
cato stare non potest, est dissoluendum; set tale uinculum est matrimo-*

nium in gradu prohibito consanguineitatis uel affinitatis contractum; ergo est dissoluendum.

- 35 [6] Quantum ad secundum sciendum est quod ad accusandum
matrimonium in gradu prohibito consanguineitatis uel affinitatis con-
tractum | primo admittuntur consanguinei. Cuius ratio est quia in *P148va*
omni casu ad | accusationem et testificationem illi uidentur magis ido- *O306r*
nei qui sciunt melius ueritatem; set ueritatem impedimenti melius sci-
40 unt consanguinei quam extranei, quia unusquisque suam genealogiam
tum ex testibus et chartis, tum ex recitatione | maiorum scire laborat; | *M317rb*
ergo tales sunt maxime admittendi. Et hec ratio tangitur *Ex t r a*, ‘Qui *V155rb*
matrimonium accusare possunt’, cap. ‘Videtur nobis’. Verumtamen in
defectu consanguineorum extranei admittuntur, cum iuramento ta-
45 men quod pro tempore denuntiationis que fiebat in ecclesia, presentes
non erant aut causa legitima impediti denuntiationem nesciuerunt aut
postmodum didicerunt, sicut habetur expresse in illo cap. ‘Cum in
tua’. Si autem accusaretur matrimonium pro altero impedimento, tunc
extranei admittendi essent. Quando autem accusatur matrimonium ex
50 eo quod dicitur non fuisse contractum, tunc parentes et consanguinei
sunt repellendi tamquam suspecti, nisi ex parte illius qui est infe-

Na129rb rior dignitate et diuitiis, de quibus probabiliter posset | estimari quod
O306v libenter uellent quod matrimonium staret.

[7] Ad primum argumentum dicendum quod non est simile de dominio rei et de matrimonio, *quia illa que sine peccato esse non possunt, nulla prescriptione longi temporis firmantur, quia diuturnitas temporis non minuit peccatum, set auget.* Et ideo cum matrimonium in gradu prohibito contractum semper sit cum peccato, in eo locum non habet prescriptio, set solum in aliis rebus quarum dominium potest per auctoritatem | legis in ius possessoris transferri. 60

[8] *Ad secundum dicendum est quod res inter aliquos acta non preiudicat aliis in foro contentioso. Vnde quamuis unus frater repellatur a matrimonio unius sororis ex causa consanguineitatis, non propter hoc ecclesia separat aliud matrimonium alterius fratris cum alia sorore quod non accusatur.* Etiam in foro conscientie non oportet quod semper obligetur | frater ad dimittendum uxorem, quia frequenter tales accusationes ex maleuolentia procedunt et per falsos testes probantur. Vnde non oportet quod | conscientiam suam informent ex hiis que circa aliud matrimonium facta sunt. Verumptamen talis aut habet certam scientiam de impedimento matrimonii, aut opinionem, aut neutrum. Si primo modo, nec debet debitum reddere nec exigere; si secundo modo, debet reddere, set non *K69va* exigere; si tertio modo, potest reddere et exigere. | 70

[9] Ad tertium dicendum quod accusatio matrimonii aut fit pro peccato aut pro impedimento. Si pro peccato, puta pro adulterio, aut fit ad penam ciuilem, et tunc debet fieri inscriptio et obligatio ad penam talionis, quoniam agitur ad punitionem persone delinquentis; aut fit ad penam ecclesiasticam, scilicet ad diuortium, et tunc non debet fieri inscriptio cum obligatione ad penam talionis, quia non agitur ad punitionem persone, set ad dissipationem facti. Et idem est quando
 75 matrimonium accusatur pro impedimento consanguineitatis et affinitatis. Potest tamen tunc fieri inscriptio quod exprimatur persona accusans et matrimonium quod accusatur, | et impedimentum propter quod accusatur. De testificatione autem speciale est in hoc articulo quia
 80 parentes et propinqui admittuntur ad testificandum propter causam prius dictam. In causis uero criminalibus et contractibus | repelluntur tamquam suspecti. Potest etiam idem esse accusator et testis. Item non iuratur de calumnia | cum sit causa quasi spiritualis, nec seruatur ordo iudiciarius, quia tali denuntiatione facta contumax potest excommunicari | lite non contestata. Et ualet ad hoc testimonium de auditu, et
 85 post publicationem testium testes possunt induci. Et hoc totum fit ut peccatum quod in tali coniunctione esse potest, impediatur. |

*O307v**E66va**A163va**M317vb**V155va*

<DISTINCTIO QUADRAGESIMA SECVNDA
QUESTIO PRIMA
VTRVM SPIRITVALIS COGNATIO IMPEDIAT MATRIMONIVM>

P148vb [1] *Iam de spiritali cognatione* etc. Circa distinctionem istam primo queritur utrum spiritalis cognatio impediat matrimonium. Videtur 5 quod non, quia *contrariorum non est idem effectus; set cognatio spiritalis proueniens ex datione sacramenti, uel tentione ad idem, contrariatur disparitati cultus que consistit in carentia communionis sacramentalis; O308r ergo cum disparitas cultus impediat matrimonium, | uidetur quod cognatio spiritalis non impediat ipsum.* 10

[2] Item quando aliquis conuertit aliquem ad predicationem suam, *Z201ra* est pater eius | spiritalis secundum illud I C o r. 4: *In Christo Iesu per euangelium ego uos genui;* set per hoc non impeditur matrimonium inter conuertentem et conuersam; ergo etc.

[3] In contrarium est quia dignior est cognatio spiritalis quam car- 15 nalis; set illa impedit matrimonium; ergo et ista.

[4] Responsio. Videnda sunt tria: primum est quid sit spiritualis cognatio; secundum est per quid contrahitur et inter | quas personas; *L63va* tertium est qualiter impediatur matrimonium.

- 20 Quantum ad primum sciendum est quod spiritualis cognatio est propinquitas personarum proueniens ex datione sacramenti uel ten-
 tionem ad illud. Ratio huius est quia sicut homo accipit esse nature per
 generationem carnalem, sic accipit esse gratie per regenerationem spi-
 ritualem. Sicut ergo per generationem carnalem contrahitur uinculum
 25 cognationis carnalis inter genitum | et generantes, | puta inter filium *Na129va*
 et patrem | et matrem, sic per regenerationem spiritualem, que est per *M318ra*
 sacramenta ecclesie, contrahitur uinculum cognationis spiritualis inter *O308v*
 regeneratum et regenerantes. Inter regenerantes autem qui sacramen-
 tum dat, tenet uicem patris in quantum est minister dei regenerantis,
 30 qui uero tenet ipsum, tenet uicem matris in quantum gerit personam
 ecclesie, intra cuius gremium fit omnis spiritualis regeneratio. Quare
 spiritualis cognatio inter has personas contrahitur ex hac causa.

[5] Quantum ad secundum sciendum quod QUIDAM dicunt quod spiritualis cognatio contrahitur per septem que enumerantur a primo

pabulo salis usque ad confirmationem que fit per episcopum; quia re- 35
 generatio spiritualis fit per Spiritum sanctum, cuius sicut sunt septem
 dona, sic in illis septem que fiunt a primo pabulo baptismi usque ad
 confirmationem, confertur spiritualis regeneratio et acquiritur spiri-
 tualis cognatio. Et istud uidetur expresse tangi 30, q. 1, cap. 1, 'Per-
 uenit', in fine, ubi dicitur sic: *Quomodo sunt septem dona Spiritus sancti,* 40
O309r sic septem sunt dona baptismi. A primo ergo pabulo | sacramenti salis
 usque ad confirmationem per chrisma, hoc est a primo usque ad sep-
 timum, nullus commatrem suam in coniugium suscipere debet. Et ita
K69vb | dicunt quod per quodlibet sacramentale antecedens ad baptismum
 contrahitur spiritualis cognatio. 45

[6] Set istud non uidetur rationabile, quia cognatio carnalis non
 contrahitur nisi per generationem carnalem; ergo nec spiritualis nisi
 per spiritualem. Set spiritualis regeneratio non perficitur nisi per ali-
 quod sacramentum; ergo per illa sacramentalia que antecedunt bap-
 tismum, non contrahitur spiritualis cognatio. Ad canonem potest tamen 50
 responderi quod debet intelligi copulatiue et non disiunctiue, quia per
M318rb illa | septem simul iuncta contrahitur cognatio spiritualis, non autem
 per quodlibet per se sumptum.

[7] Et ideo dicendum est aliter quod spiritualis cognatio contra-
 hitur per baptismum et confirmationem. Per cathecismum uero con- 55
 trahitur quoddam uinculum cognitioni spirituali simile, set debilius.
 Ratio huius est quia cognatio spiritualis non contrahitur nisi per ac-

tus pertinentes ad officium regenerationis | spiritualis. Ad hoc autem *V155vb*
 officium tria concurrunt: unum tamquam disponens | spirituale, in *O309v*
 60 quo fit regenerationis inchoatio, scilicet instructio cathecismi; aliud
 tamquam formaliter dans esse spirituale, in quo fit prolis animatio
 in utero ecclesie, scilicet susceptio baptismi; tertium tamquam com-
 plens et manifestans ipsum esse spirituale, in quo fit quasi prolis in
 publicum productio quasi per natiuitatem | ex utero, scilicet susceptio *E66rb*
 65 confirmationis, per quam homo fidelis in publicam fidei confessionem
 exponitur. Propter quod spiritualis cognatio contrahitur in baptismo
 et confirmatione, que sunt spiritualis generatio quasi in utero et ex ute-
 ro, per cathecismum uero qui est dispositio ad utrumque, contrahitur
 quoddam uinculum spirituali cognationi simile. Et sic patet per quid
 70 contrahitur spiritualis cognatio. | *P149ra*

[8] Inter quas autem personas contrahatur, sciendum | est quod *L63vb*
 spiritualis cognationis sunt tres species. Vna que dicitur spiritualis pater-
 nitas, que contrahitur inter regenerantem et regeneratum. Regenerans
 autem est duplex: unus quasi pater scilicet dans sacramentum, alius qua-
 75 si mater, scilicet tenens puerum in baptismo uel confirmatione. Et ideo
 ad utrumque cognatio spiritualis paternitatis extenditur. | Alia est que *M318va*
 dicitur spiritualis compaternitas, que est inter patrem et matrem car- *O310r*
 nalem et patrem et matrem spiritualem. Vnde uersus: *Vnus semper erit*

compatrum spiritualis, alter carnalis, nec fallit regula talis. Ex quo patet
 quod inter patrem spiritualem et matrem spiritualem non contrahitur 80
 aliqua spiritualis compaternitas, quia non coniunguntur in generatione
 spirituali nisi per accidens, quia unus ad hoc per se sufficeret. Transit
 autem compaternitas a uiro in uxorem quandoque et quandoque non:
 ad uxorem enim nondum carnaliter cognitam non transit, quia non-
 dum effecti sunt una caro; ad eam uero que est carnaliter cognita trans- 85
Na129vb | spiritualis cognatio que contrahitur per actum uiri sui cum leuat
 filium alterius de sacro fonte uel tenet in confirmatione. Set quando
 contrahitur per actum alterius tenentis filium uiri sui ex alia muliere,
 tunc non transit spiritualis cognatio a uiro in uxorem etiam carnali-
 ter cognitam. Et eodem modo transit spiritualis cognatio ab uxore in 90
 uirum. Per uxorem enim nondum carnaliter cognitam nulla transit
 spiritualis cognatio ad uirum; per eam uero que est carnaliter cognita
 transit ad uirum spiritualis cognatio per actum uxoris contracta. Que
O310v autem contrahitur per actum alterius | suscipientis filium eius ex alio
 uiro, non transit ad legitimum uirum. Vnde uersus: *Qui michi uel* 95
cuius mea natum fonte leuauit, hec michi commater, fieri mea non ualet
uxor. Si qua mee natum non ex me fonte leuauit. Hanc post fata mee non
Z201rb *inde uetabor | habere.* Tertia species spiritualis cognationis est confrater-
 nitas, que est inter filium spiritualem et filios carnales eiusdem patris.

- 100 [9] Hec autem | intelligenda sunt secundum QVOSDAM quando pre- *A163vb*
dicte persone sunt baptizate, quia ad alias personas non potest contrahi
spiritualis | cognatio, quia qui est expers spiritualis uite, in qua homo *M318vb*
per baptismum renascitur, non est capax spiritualis cognationis. Et
ideo baptizans filium iudee uel suscipiens ipsum nullam cognationem
105 contrahit cum ipsa quin ipsa postea conuersa possit | cum eo contrahere. *K70ra*
ALII uero dicunt contrarium, set primum uidetur probabilius dictum.
- [10] Quantum ad tertium, scilicet qualiter cognatio spiritualis im-
pediat matrimonium, sciendum est quod aut precedit aut sequitur; si
precedit, tunc | impedit contrahendum et dirimit contractum, quod *O311r*
110 intelligendum est de cognatione spiritali, que contrahitur | in bap- *V156ra*
tismo et confirmatione, quia per cathecismum contrahitur uinculum
debile, per quod impeditur matrimonium contrahendum, set non di-
rimitur contractum, ut habetur *Ex t r a*, ‘De cognatione spiritali’, cap.
‘Per cathecismum’, *Libro sexto*. Ratio quare spiritualis cognatio
115 contracta per baptismum et confirmationem impedit matrimonium
contrahendum et dirimit contractum, est quia secundarius finis matri-
monii est dilatatio | amicitie, ut dictum est prius; set sufficiens amicitia *L64ra*
debetur hiis inter quos est spiritualis cognatio, ergo inter eos non debet
esse matrimonium. Minor patet per illud quod habetur 30, q. 3, cap.
120 1, ubi dicitur sic: *Ita diligere debet homo eum qui se suscepit de sacro fonte*

sicut patrem; et simile habetur quasi per totum, et hoc nullam habet dubitationem de paternitate uel compaternitate spirituali.

[11] Set de confraternitate quandoque fuit dubitatio. QUIDAM enim dixerunt quod filii et filie duorum compatrum uel duarum com-
 matrum geniti post contractam compaternitatem non possunt inter se 125
 O311v contrahere, | ut habetur 30, q. 3, 'Post | susceptum'. ALII dicunt quod
 E66va filii et filie siue post | compaternitatem geniti siue ante possunt simul
 M319ra contrahere, excepta illa persona per quam peruentum est ad compater-
 nitatem, ut habetur 30, q. 3, 'Super quibus', qui canon corrigit primum.
 Et hic casus confirmatur E x t r a, 'De cognatione spirituali', cap. 1 et 130
 cap. 'Super eo'. Et istud est rationabilius, quia sicut duorum compa-
 P149rb trum alter est carnalis, alter spiritualis, ut dictum est, sic | duorum con-
 fratrum alter est carnalis, alter spiritualis (non enim dici possunt fratres
 nisi sint eiusdem patris); istud autem solum habet locum inter filium
 spiritualem et filios carnales eiusdem patris et non inter alios; et ideo 135
 inter ipsos solum est spiritualis fraternitas que impedit matrimonium

et dirimit. Verumptamen duo predicta capitula remittunt ad consuetudinem, quod QUIDAM intelligunt circa matrimonia contrahenda et non in dissoluendo iam contracta. Set siue sic, siue sic intelligatur, tale
 140 impedimentum non potest esse ex natura cognationis spiritualis, set ex statuto | iuris quod potest | impedire matrimonium contrahendum et dirimere iam contractum secundum uariam formam statuti.

O312r

Na130ra

[12] Si uero compaternitas sequatur, numquam impedit matrimonium quoad uinculum. Set de actu sic distinguitur, quia aut contrahitur
 145 ex necessitate, ut quando uir et mulier in articulo necessitatis baptizant proprium filium, et tunc non impedit exigere et reddere debitum, aut sine necessitate, et tunc aut per ignorantiam, et sic non impedit neque reddere neque exigere, *aut per fraudem* ad insidiandum matrimonio, et tunc fraudelentus debet agere penitentiam de delicto commisso, ut habetur 30, q. 1, cap. 'Dictum' et cap. 'Ad limina'. QUIDAM etiam addunt
 150 quod ille qui fraudulenter hoc fecit, | potest reddere debitum, set non licet ei exigere; quod quamuis sit probabiliter dictum, non inuenitur tamen in iure expressum quod non liceat ei debitum petere.

M319rb

[13] Ad primum argumentum dicendum quod contrariorum non est idem effectus per se et positivus; set bene potest esse idem effectus 155
 priuatiuus, quia duo contraria eidem possunt opponi, sicut magnum et
 paruum opponuntur equali. Et hoc modo disparitas cultus tamquam
O312v nimia distantia, et omnis cognatio tam carnalis | quam spiritualis, sicut
 nimia propinquitas, opponuntur matrimonio et impediunt ipsum.

[14] Ad secundum dicendum quod instructio aliorum per 160
 APOSTOLVM fuit de pertinentibus ad salutem et quodam modo
V156rb per modum cathecismi. | Et sic talis instructio habebat ordinem ad
K70rb spiritualem regenerationem; | propter quod aliquo modo potuit dici
 pater eorum spiritualis. Non sic autem de alia predicatione que fit
L64rb fidelibus de pertinentibus | ad fidem et mores, quia non ordinatur 165
 ad regenerationem, set eam supponit. Verumptamen tales et quidam
 alii patres dicuntur, quia cum a patre naturali habeamus tria, scilicet
 esse, nutrimentum et eruditionem, ut dicitur VIII *Ethicorum*,
 sic per quandam similitudinem pater aliquando dicitur qui dat esse
 spirituale sacramenti, aliquando qui dat alimentum uerbi, aliquando 170
 qui dat disciplinam, ut prelati. Ex hoc tamen solo quod spiritualis
 pater conuenit cum carnali quoad generationem, contrahitur
 cognatio, et non ex aliis sine isto. Ex quo patet quod ex collatione
O313r aliorum sacramentorum a baptismo et confirmatione | nulla spiritualis
M319va cognatio | contrahitur, quia nullum aliud sacramentum ab hiis duobus 175

habet rationem regenerationis; penitentia enim magis est resuscitatio quam regeneratio, et extrema unctio quedam medicatio; cetera uero ad rationem regenerationis nullo modo appropinquant. |

P149va

<QVESTIO SECVNDA

VTRVM COGNATIO LEGALIS IMPEDIAT MATRIMONIUM>

- [1] Secundo queritur de cognatione legali utrum impediatur matrimonium. Et uidetur quod non, quia *ex hoc quod aliquis est alteri*
 5 *beneficus, non contrahitur aliquod propinquitatis uinculum* impediens | Z201va
 matrimonium; *set adoptio*, ex qua cognatio legalis oritur, *nichil aliud est*
quam collatio cuiusdam beneficii, scilicet assumptio ad participationem
 hereditatis; ergo per eam non contrahitur aliquod uinculum | E66vb
 impediens matrimonium.
- 10 [2] Item *cura spiritualis dignior est quam cura temporalis; set ex hoc*
quod aliquis subditur cure spirituali alterius, non contrahitur aliquod
uinculum impediens matrimonium (alioquin omnes qui habitant in
 parochia, essent propinqui sacerdoti et filius eius non posset cum aliqua
 de parochia contrahere); ergo nec | ex hoc quod per adoptionem tra- O313v
 15 hitur adoptatus in curam adoptantis, | contrahitur aliquod uinculum A164ra
 impediens matrimonium.

[3] In contrarium est quod dicitur in litera.

[4] Responsio. Videnda sunt tria: primum est quid sit cognatio legalis et unde causatur; secundum est, quia cognatio legalis causatur ex adoptione, quis possit adoptare; tertium est qualiter adoptio uel legalis cognatio impediatur matrimonium. 20

Quantum ad primum sciendum est quod legalis cognatio est quedam propinquitas proueniens ex adoptione. Adoptio autem est extranee |
M319vb persone in filium uel nepotem, et deinceps, | legitima assumptio. Ratio
Na130rb autem utriusque istorum hinc sumitur, quia *ars imitatur naturam et* 25
supplet eius defectum. Et ideo sicut per generationem naturalem aliquis
 producit filium, ita *per ius posituum, quod est ars equi et boni*, potest
 sibi aliquis assumere aliquem in filium ad supplendum defectum filii
O314r naturalis; et talis assumptio uocatur adoptio. Et sicut natura | facit de
 non filio filium, sic adoptio; propter quod dicitur assumptio extranee 30
 persone in filium etc., quia qui adoptatur, non est talis secundum rem,
 in qualem adoptatur secundum iuris fictionem. Sicut etiam ex naturali
 generatione causatur propinquitas consanguineitatis, sic ex tali iuris
 fictione causatur propinquitas legalis. Sunt autem due species adoptio-
 nis: una imperfecta, per quam non transfertur adoptatus in potestatem 35
 adoptantis, et hec uocatur simplex adoptio; alia perfecta, per quam
V157ra transfertur adoptatus in potestatem adoptantis, et hec uocatur | arro-

gatio, | quia is qui adoptat, arrogatur, idest interrogatur an uelit eum quem adoptat iustum filium uel filiam esse, et ille uel illa interrogatur an id fieri patiatur. *Differunt autem in quatuor: primo, quia non potest arrogari nisi qui est sui iuris, set adoptatur qui est alieni. Secundo, quia arrogatus transit in potestatem arrogantis, ut dictum est, set adoptatus non transit in potestatem adoptantis. Tertio, quia arrogatus habet de necessitate legitima in | bonis | arrogatoris; unde siue eum emancipet, siue non, debet ei quartam bonorum relinquere, idest legitimam | suam; adoptatus uero non habet in bonis adoptantis legitimam; unde non tenetur ei aliquid relinquere. Si tamen ab intestato moritur adoptator, succedit ei adoptatus. Quarto, quia arrogatio non fit nisi auctoritate principis, set adoptio fit auctoritate cuiuslibet magistratus competentis. Vnde uersus: Arrogo qui suus est et habet meus esse necesse. Patris adopto suum nec patris desinit esse. Est heres primus firmanteque principe firmus.*

[5] Quantum ad secundum sciendum est quod non quilibet potest arrogare uel adoptare, set solum ille qui potest generare naturaliter, non qui non potest, ut spado uel | castratus. Et ratio est quia adoptio est in solacium liberorum amissorum uel qui haberi potuerunt; et ideo

L64va

O314v

K70va

M320ra

P149vb

qui est totaliter impotens generare, arrogare uel adoptare non potest.

O315r Item debet esse maior | quadraginta annis, nisi fiat ex alia causa necessaria, quia usque ad tempus illud debet intendere generationi naturali. Oportet etiam quod adoptans precedat adoptatum plena pubertate ita quod possit ipsum naturaliter genuisse. Item adoptare non potest qui non est sui iuris, ut filius familias, quia adoptio ordinatur ad susceptionem hereditatis; et ideo illi soli competit qui habet administrationem bonorum suorum. Mulier etiam adoptare non potest, nisi ei a principe concedatur in solacium liberorum amissorum. Et sic patet secundum. 60

E67ra [6] Quantum ad tertium sciendum est *quod triplex est legalis cog-* 65
M320rb *natio: prima quasi | lineae descendantium, que contrahitur inter patrem adoptantem et filium adoptatum et filium filii, et sic deinceps; | secunda est quasi collateralis inter filium adoptiuum et filium naturalem; ter-*
O315v *tia est per modum affinitatis, que est inter patrem adoptantem et uxorem filii adoptati | uel econuerso inter filium adoptatum et uxorem patris adoptantis.* Prima habet prohibitionem perpetuam de matrimonio contrahendo, ut ff. 'De ritu nuptiarum', l. 'Quin etiam'; similiter et tertia, ut ff. 'De ritu nuptiarum', 'Adoptiuus', responso primo. Secunda uero 70

habet prohibitionem quamdiu manet adoptio. *Vnde mortuo patre uel*
 75 *emancipato* filio possunt ad inuicem contrahere, ut *Ex t r a*, ‘De cog-
 natione legali’, cap. ‘Si qua’. Ratio autem horum est quia prima et
 tertia prohibitio est propter reuerentiam quam debet habere adoptatus
 et uxor eius ad adoptantem et ad uxorem eius; et cum hec sit perpetua,
 perpetuo impedit matrimonium. Secunda uero prohibitio est propter *L64vb*
 80 interpretatiuam filiationem, | que prouenit ex adoptione; et ideo ea *Na130va*
 durante durat, et | cessante cessat. Legalis autem cognatio non solum
 impedit matrimonium contrahendum, set dirimit iam contractum, ut
 30, q. 3, ‘Ita diligere’.

[7] Ad primum argumentum dicendum quod cognatio legalis non *V157rb*
 85 | impedit matrimonium ratione solius beneficii, set ex statuto iuris
 propter uinculum quod ex fictione iuris inter tales contrahitur. *O316r*

[8] Ad secundum | dicendum quod propter curam spiritualem non
 transfertur quis in potestatem patris spiritualis, sicut per arrogationem
 quis transfertur, et per adoptionem ad hoc disponitur, ut sic cohabitet *Z201vb*
 90 adoptiuus | cum aliis sicut cum fratribus et sororibus; et ideo magis
 impedit matrimonium quam cura spiritualis.

<QVESTIO TERTIA

VTRVM SECVNDE NVPTIE SINT LICITE>

M320va

[1] Tertio queritur de secundis nuptiis utrum sint licite. Videtur quod non, quia penitentia non indiget nisi qui peccauit; set bigamus indiget penitentia, ut dicitur in litera et habetur 30, q. 1, 'De hiis'. Bigamiam etiam concomitatur pena irregularitatis; ergo uidetur quod secunde nuptie per quas bigamia inducitur, non sint licite. 5

K70vb

A164rb [2] Item *CHRYSOSTOMVS* dicit super | *Ma t t h. 5 quod secundum uirum accipere* | *secundum ueritatis rationem fornicatio est, et AMBROSIVS dicit quod secundum matrimonium non est bonum, quare etc.* 10

[3] In contrarium est quod dicit *APOSTOLVS*, *Thi. 5: Volo iuniores, scilicet uiduas, nubere, filios procreare, matres familias esse.* Et Abraham mortua Sara dicitur contraxisse secundas nuptias | cum Cetura, *Gen. 25, quare etc.*

15 [4] Responsio. Dicenda sunt duo: primum est quod secundum ma-
 trimonium licitum est sicut et primum; secundum est quod secundum
 matrimonium caret quadam honestate quam habet primum.

[5] Primum patet, quia si secundum matrimonium non esset lici-
 tum, hoc esset aut quia esset prohibitum aliquo iure, naturali, diuino
 20 uel humano, aut quia primum prestaret impedimentum secundo; set
 neutrum horum potest dici; quare etc. Probatio minoris: quod enim
 secundum matrimonium | non sit iure naturali prohibitum, patet, quia
 matrimonium est concors iuri naturali, quia est in officium nature et in
 25 remedium concupiscentie; set hiis indiget homo quandoque post pri-
 mas nuptias sicut ante, et ad hoc ualet secundum matrimonium sicut
 primum; quare etc. Ius etiam diuinum secundas nuptias concedit, ut
 patet per APOSTOLVM I C o r. 7. Nullum etiam ius humanum dampnat
 eas; quare etc. Primum etiam matrimonium non prestat impedimen-
 tum secundo, quia si prestaret, hoc esset, quia duraret in se | uel |
 30 in aliquo suo effectu, sicut ex baptismo uel confirmatione seu ordine
 remanet character transeunte sacramento (propter quod nulli licet bis
 baptizari, confirmari uel ordinari); set primum matrimonium non ma-
 net in se, cum soluat per mortem alterius coniugum, nec in aliquo
 suo effectu, cum non imprimat characterem; ergo nullo modo impedit
 35 secundum matrimonium nisi cum consanguineis prime coniugis, cum

*P150ra**O317r**M320vb*

quibus per primum matrimonium causata est affinitas que durat soluto matrimonio. Et sic patet primum.

E67rb [6] Quantum ad secundum sciendum est quod preter honestatem quam habet matrimonium ex eo quod est | licitum et secundum rec- 40
L65ra tam rationem, que honestas est communis primo et secundo matri-
O317v monio, primum matrimonium habet duas honestates quas non habet
 secundum. Vna est perfecta *significatio coniunctionis* | *Christi et ecclesie*
que est unius ad unam, que significatio est in primo matrimonio et non
 in secundo considerando ipsum in ordine ad | primum, quamuis in 45
 ipso secundum se et precise considerato sit coniunctio unius cum una.
 Alia est honestas benedictionis, quia prime nuptie benedicuntur, non
 autem secunde; quod est intelligendum quando sunt secunde ex par-
 te mulieris, quia tota illa benedictio uidetur respicere mulierem, que
V157va postquam semel benedicta est, non debet super eam amplius benedic-
 tio iterari. Set est suspensus sacerdos qui secundas nuptias | benedicit, 50
Extra, ‘De secundis nuptiis’, cap. 1. De hoc tamen in quibusdam
 locis parum curatur.

[7] Ad primum argumentum dicendum quod sicut dicitur in litera,
M321ra illud intelligitur de bigamo qui insidiatus est prime uxori desiderio
 secunde, uel forte de illo | qui prima uiuente ducit secundam. Tales 55
 enim indigent penitentia, non autem ille qui ducit secundam extra

predictos casus et absque alia culpa. Talis tamen incurrit irregularitatem non propter culpam, set propter defectum perfecte significationis sacramenti concurrente statuto ecclesie.

- 60 [8] Ad secundum dicendum quod CHRYSOSTOMVS loquitur de illo *O318r*
 qui uiuente prima | ducit secundam; tunc enim est fornicatio et non
 matrimonium. Vel *loquitur quantum ad causam que solet ad secundas Na130vb*
nuptias | incitare, scilicet concupiscentiam, que etiam ad fornicationem
 65 *incitat. AMBROSIVS uero dicit secundum matrimonium non esse bonum,*
non quia sit illicitum, set quia caret honore significationis et benedictio-
 nis que est in primo.